

Stephanus Galdeti

Contra scismaticos

⟨ Sisternus I² ⟩

Editor: Mihai Maga

work in progress
12.09.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

〈 Sisternus I² 〉

|| Super hiis que *** de dictis OKAM tam in primo puncto quam in secundo puncto dicendum hec fieri proici quod ignarus an librum predictum quare cum oculus* dimisit in Yalia se habuit et hoc ponendum* et* in prologo premittando. P1 243r

|| In sequentibus tangitur primo de speciali obligatione prelatorum et finaliter de supremo episcopo folio primo*. P1 243v

In secundo vero folio et sequenti, scilicet tertio, de obligatione doctorum et predicatorum ad idem.

10 In quarto tangitur de obligatione principum et connatum et personarum singularium. FRUCTU*

In quinto vero folio ponitur et probatur quedam modificatio huius obligationis, scilicet si sine turbatione fidelium et cum-*. In secundaque pagina probatur quod ad reges et principes pertineat presens casus.

15 In sexto folio tangitur illa conditio deficiente ecclesiastica potestate et quibus modum potest intelligi in hoc deficere potestas ecclesiastica et inde reducitur ad propositum qualiter deficiente ecclesiastica potestate, layca potestas habet iurisdictionem intra ecclesiam et inducuntur iura divina pariter et humana per totum folium usque in finem.

20 In septimo folio adhuc continuatur ista materia, et inducitur illa *Decretalis* “Si quis pecunia” et incidenter tangitur illa clausula “Humana gratia” parum et ostenditur alios a cardinalibus posse interesse electionem Summi Pontificis. Demum reducitur ad principale, scilicet quod seculares potestates possunt infra ecclesiam agere, etc.

25 In octavo folio moventur aliud dubium: an in presenti credendum sit cardinalibus de necessitate salutis. Et probatur quod sunt audiendi a fidelibus ex eo quia sunt defendentes, et probatur assumptum multipliciter.

30 In nono folio probatur quod huius defensio ad solos superiores pertineat. Demum probatur quod socius socium minime defendere teneatur de necessitate salutis. Deinde probatur quod socius socium defendere teneatur multipliciter. Deinde, quod socius socium defendere teneatur per correctionem iniuriantis. Deinde probatur quod quilibet teneatur ad defensionem proximi multipliciter. Deinde respondetur ad

2–5 super hiis — premittando] *del. P1* 2 super] super hiis qu. *add. in marg. sup. sed del. P1* 6 primo de] *sup. lin. P1* 12 ponitur] *ponitur P1* 16 in hoc] *sup. lin. P1* potestas] *sup. lin. P1* 18 iurisdictionem] *iurisdictionem P1* 29 defensio] *defencio P1*

ratione adverse partis et tangitur de correctione mutua fraterna et quod potest modum aliquibus.

In decimo folio perficitur inchoata responsio ad ratione probantes quod socius socium minime defendere teneatur. Deinde reducitur ad
5 principale quod quilibet catholicus defendere teneatur inpuignantem in Apostolicam Sanctam Sedem, quarum alique sunt supratacte ad ostendendum quod quilibet catholicus teneatur ad remediandum presenti et ad partem errantem reducere ad viam veritatis, etc.

In undecimo folio probatur quod impugnantes intrusum sint a cunctis
10 fidelibus audiendi de necessitate salutis et ad inquisitionem veritatis que per alios, ut videtur nesciri potest nisi per cardinales. Et quod huiusmodi inquisitio non solum pertinet ad superiorem, ymo ad omnes et sicut est duplex fraterna correctio, sic est duplex veritatis inquisitio. Induciturque ad propositum de mutua* sollicitudine et correctionem
15 fidelium similimodo de multitudine et humano corpore et quomodo fideles debebunt mutuo sibi lavare pedem. Deinde tangitur quod non solum fidelium tenentur ad huius audientiam, ymo tenentur propter illam dimittere alicas occupationes. Ex quo infertur quod nulla causa potest excusare fideles ab huius audientia, nisi occupatio utilior. Deinde
20 reducitur ad probandum principale intentum, scilicet quod cardinales sunt a fidelibus audiendi. Deinde instatur quod non solum cardinalem sunt audiendi tamquam superiores, ymo quicumque fideles et quod non specialiter superioribus est obediendum, et probatus auctoribus etc.

In duodecimo continuatur dicta probatio et tangitur quid instantia
25 confirmat principale intentum, quia si simplices sunt audiendi, a multo fortiori superiores sunt audiendi, quod ulterius rationibus comprobatur. Deinde secunda pagina predicti folii incipitur materia de credentia et fide cardinalibus adhibenda in ista materia de necessitate salutis, etc.

In decimo tertio folio continuatur huius probationes per primam
30 paginam et in secunda pagina tanguntur quedam r**ica de ista materia, scilicet de credentia cardinalium dicta.

|| Primum folium

P1 244r

Tacto supra: primo de obligatione cunctorum catholicorum ad

8 ad¹] *sup. lin. P1* 9 in] ista materiali habere *add. in marg. P1* 11 que —
cardinales] *del. P1* 30 materia] *sup. lin. P1* 32 primum folium] *sup. lin. P1*
33 tacto] in omnibus adde Romanus Pontifex quantius universalis pontifex
seu ceterorum pontificum primas. Videntur enim due dignitates, prius in Petrus fuit
primas et pastor universalis etc. *add. in marg. sup. P1* pontifex^{ad tacto]} *sup. lin. P1* primo] 8 a. c. P1

remediandum presenti scismati omni modo rationabili eis possibili; secundo, speciale prelatorum; tertio, specialissime de obligatione supremi prelati creati viatorum, scilicet pape. Adhuc de hoc tertio restabat dicenda aliqua pauca, videlicet **quomodo in hoc scismate verus**
 5 **Romanus Pontifex vulgariter Papa vocatus et Christi generalis vicarius debet exemplo Christi pro salute omni, scilicet fidelium, ut bonus pastor animam suam ponere, et hoc de necessitate salutis.** Nam de necessitate salutis tenetur esse bonus pastor: *Bonus autem pastor animam suam ponit pro ovibus suis.*
 10 *Mercenarius autem, et cuius non sunt oves,* etc. Et per consequens verus Romanus Pontifex est magis obligatus ad custodiam gregis dominici quam intrusus quisque obligetur.

Item, bonus pastor obligatur ovem perditam ad gregem reliqui proprii humeris reportandam et multotiens oves multas perditas, et
 15 quanto plures perditae sunt, plus tenetur. Patet in quadam parabola alia a supratacta, scilicet de 99 et una perdita in deserto.

Item, bonus pastor, specialiter universalis, debet attendere ad unitatem Ecclesie, scilicet ovilis et pastorum, de qualibus Salvator ait: *alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili, oportet me eas adducere*
 20 *et fiet unum ovile et unus pastor.* Hoc enim potest dicere satis verus Romanus Pontifex in hoc casu tenetur enim ad reunionem fidelium, ut videtur, de necessitate salutis. Ideo inquit Christus: *oportet* etc.

Item, pastores omnes, et per consequens Romanus Pontifex, verus pastorque universalis, debent accendere de necessitate sue salutis ad vitandam illam maledictionem et similes multas in *Scriptura* contentas
 25 contra malos pastores latos. De qua habetur *Ezechielem 34: Ve pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos! Nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, lanis operiebamini, quod crassum erat occidebatis. Gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit*
 30 *non consolidastis, quod egrotum non sanastis, quod confractum non alligastis, quod abiectum vel deiectum non errexistis, quod perierat non quesistis.* Supple: sicut bonus pastor querens ovem perditam et pie propriis humeris reportans ad gregem reliquum ut sit unum ovile sicut est unus pastor, sic et Salvator unum ovile volens fieri, mortuus est

4 pauca] que *scr. sed del. P1* videlicet] de papa *add. in marg. P1*
 14 reportandam] vel *scr. sed del. P1* 25 maledictionem] de *scr. sed del. P1*
 26 ve] Okam sic et similia dicit *add. in marg. P1* ; excusatio hic fiat excusando de regibus *add. in marg. P1* excusando^{ad} vel] de *add. sed del. P1*
 31 abiectum] abictum *P1* 32 quesistis] quesiiistis *P1* 34 salvator] qu. *scr. sed del. P1*

pro gente et non solum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum. ‘*Quod*’ igitur ‘*perierat non quesistis*’ supple: pie et caritative, *sed cum austeritate imperabatis eis et cum potentia querendo* solum preesse et non prodesse sententias et maledictiones fulminando, 5 *imprecando cum omni rigore possibili procedendo etc.* Et sequitur: *et disperse oves mee, eo quod non esset pastor*, supple: contra lupum dispergentem se opponens animam suam pro ovibus ponens perditas propriis humeris, reportans adque, ut videtur, pastor proprius ovium tenetur de necessitate sue salutis. Nam, ut tactum est, sic tenetur esse 10 bonus pastor. Et si dicat huiusmodi proprius pastor non posse caritative et pie per predicationem, informationem, submissionem aliorum iudicio, purgationem, aut etiam nec per martirium huiusmodi oves perditas reducere propter earum duritiam et obstinationem et pertinaciam nolentium, nec recognoscentium vocem pastorum, refutantium informari 15 etc. non curantium de submissione obligatione purgationis ac consilio generali, et sic de aliis remediis.

Quis alius restat huiusmodi pastori nisi dolor et gemitus et ad Deum oratio, quantum est de persona sua, et resignatio officii pastoratus presenti pastoris Domino Ihesu Christo absentem persona in manu sue 20 Ecclesie presentis? Qui Christus principaliter et primario et Ecclesia ministerialiter et secundario poterunt providere de remedio oportuno interveniente Spiritu Sancto consilio qui cum Patre et Filio etc.

Debet de remedio bellorum principum terrenorum* catholicorum an intervenire debeat et possit. Et possit licite potest queri, in quo dubio 25 considerata sunt dicta Christi ad Petrum dicendum *repone gladium* etc. Ad oppositum sunt facta Imperatorum Romanorum qui per potentiam terrenam in factis ecclesiasticis pene similibus interposuerunt vicem suas. Sed de hoc dubio supersedendum ad presens.

|| Quoad presens scisma, qualiter pastores debeant intendere de 30 necessitate salutis et omnibus aliis spectantibus ad salutem subditorum et cavere debeant dispersionem gregis dominici, specialiter principalis pastor ministerialis creatus etc. satis tangitur in multis *Scripture* locis: P1 244v

1 dei] *sup. lin. P1* 2 quod] contra de *nie *mor *bida *tritio *laus *add. in marg. P1* perierat] pererat *P1* quesistis] quesistis *P1* 4 solum] pro *scr. sed del. P1* 5 cum] *sup. lin. P1* 7 perditas] Christus ve* de con* *ro sine * etc. *add. in marg. P1* 15 purgationis] et sic *scr. sed del. P1* 19 persona] *sup. lin. P1* ; humanitas primam dictus: *ego vobiscum sum* etc. *add. in marg. P1* 20 christus] *sup. lin. P1* principaliter] et ecc. *scr. sed del. P1* 23 debet] *m *m *add. in marg. P1* 24 possit¹] interesse *scr. sed del. P1* 25 considerata] p. c. *P1* 29 quoad] Zacharias o pastor o ydolum etc. *Attendite vobis et universo gregi in quo* etc. *Actuum add. in marg. sup. P1* 29–30 de necessitate salutis] *sup. lin. P1*

Ieremie 23, *ve pastoribus qui dispergunt et dilacerant gregem pascue mee; et infra, vos dispersistis gregem meum, et eiecistis eos, et non visitastis eos; ecce ego visitabo super maliciam studiorum vestrorum.* Eo scilicet quod non visitastis eos, scilicet gregem dispersum commissum
 5 vivendo auctoritatem huius *Scripture* que locuntur de obligationibus prelatorum sub nomine pastorum aut alias et de reprehensionibus non facientium ea ad que tenentur circa gregem eis comissum ex officio et non comissum ex officio, sed caritative convinctum et diligendum ex caritate et diligendum et iuvandum, maxime quoad ea que tangunt
 10 salutem et sunt prelatis possibilia et rationabilia fieri.

Sicut quamplurime prout de multis tangit OKAM in *Dyalogo* suo, libro 7, capitulo 38 in volumine meo sisterno 6, folio 19. Item, ibidem de obligationibus prelatorum, scilicet qualiter et ad que teneantur multa inducit ex *Decretis* et dictis sanctorum que non habentur ibidem
 15 extense quinymo oporteret videre extense in *Decreto* que omnia quoad presens.

Sed revertor ad unum quod tactum est de Romano Pontifice ac universali pastore quod tenetur de necessitate sue salutis ovem perditam et multo fortius oves perditas ad ovile proprium propriis humeris
 20 caritative, non violentia, reportare, ut possit dicere ovi perditae: *perpetua caritate dilexi-te ideo atraxi te miserius.* Et iterum dicat conformiter Christo de ovibus suis de iure sibi debitis, de facto sibi perditis: *alias oves habeo*, scilicet de iure MAS que de facto *non sunt ex hoc ovili, oportet me eas adducere*, scilicet de necessitate salutis, quam est in
 25 possibile *ut sit unum ovile et unus pastor.*

Pro quo faciendo, ut tactum, tenetur animam suam exponere morti et sustinere matirium, si per hoc posset eas reducere ad unitatem obedientie et viam salutis per consequens. Aut si per hoc non possit, nec per informatam* debitam de iure suo, aut submissionem aliorum
 30 iudicio positive, iudicio ecclesie vel consilii generalis vice gerentis ecclesie universalis purgationem legitima aut modum aliis quibuscumque hoc non possit.

Non restat sibi aliud remedium in dolor et gemitus, ut supratactum est, et omnino ad Deum et resignatio suit pastoratus presenti pastorum
 35 Domino Ihesu qui potens est remediare ubi humana desunt remedia,

1 dispergunt et] *sup. lin. P1* 3 visitastis] *visistatis P1* ecce] *ego a. c. P1* vestrorum] *ecce scr. sed del. P1* 4 dispersum] *sup. lin. P1* 6 aut alias] *sup. lin. P1* 22 de¹] *sup. lin. P1* 25 ut sit] *p. c. sup. lin. P1* ; et fiat *a. c. P1* 26 exponere] *reponere a. c. P1* 28 consequens] *ac scilicet scr. sed del. P1* 29 submissionem] *consilio scr. sed del. P1* 30 positive] *consilio scr. sed del. P1* 31 legitima] *legitime a. c. P1*

sicut est in casu presenti.

Ex quo ulterius videtur posse argui sic: in casu predicto, scilicet quo Romanus Pontifex non potest officium suum ad quod tenetur de necessitate salutis exercere, scilicet reunire gregem dispersum alico modo
 5 predictorum tenetur papatui resignare de necessitate salutis, si per hoc videatur verissilimiter sibi gregem dominicum dispersum posse reuniri. Argui inquam potest sic: papa tenetur in dicto casu resignare papatui, igitur, si non resignat, iniuste detinet, igitur ius ad papatum perdit, igitur non est verus, igitur non est sibi obediendum tanquam pape, et
 10 si aliquis cogatur sibi obedire timorum cadente in constantem virum, non restat nisi dolor et gemitus etc.

Respondetur dic dicendo ad istam consequentiam: ‘tenetur resignare’ verum est in foro conscientie, igitur iniuste detinet negatur, licet sequatur tenetur de necessitate salutis resignare papatui et non resignat,
 15 ergo iniuste agit vel obmitat, ergo iniustus etc. iniustus existens per omissionem eius ad quod tenetur papatum retinet, sicut si argueretur sic: papa tenetur diligere Deum super omnia et non diligit, ergo iniuste detinet papatum, non valet, sed bene sequitur, ergo iniustus detinet vel retinet papatum.

20 Ista materia vel ista argumentatio et responsio similes sunt dictis argumentis et responsionis de domino rerum perdendo vel non perdendo per peccatum mortale et perditionem gratie, respondendo ad rationes domini ALMAKANI, prout alibi magis patet, nec plus de hoc tractandum.

|| Secundum folium.

P1 245r

25 Ad principale intentum redeundo viso de obligatione fidelium in generali ad remediandum presenti scismati; deinde specialiter de prelati; tertio, specialissime de supremo prelato Papa.

Nunc restat videre de quibusdam aliis statibus in speciali. Et primo, de obligatione doctorum ad quid teneantur specialiter in presenti casu.
 30 Et pro isto et sequentibus premittenda sunt ea que ponit NICOLAUS in illo *Decreto* “In nomine Domini” dubium de intruso in Apostolicam Romanam Sedem. Unde inter cetera inquit sic: “Quod si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum per seditionem vel presumptionem aut quolibet ingenio electus aut etiam ordinatus,
 35 seu intronizatus fuerit, auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribusque

2 ex] *ut sit unum ovile et unus pastor add. in marg. P1* 14 sequatur] iniuste *scr. sed del. P1* 15 iniuste — etc.] *in marg. P1* 22 mortale] *sup. lin. P1* 24 secundum folium] *in marg. sup. P1 ; iter. in marg. sup. P1* 32 quod] *Christus: qui non intrat per ostium add. in marg. P1*

et sequacibus a liminibus sancte ecclesie separatus abiciatur sicut Antichristus, et invasor et destructor totius Christianitatis.” Ex quibus verbis et sequentibus penarum imprecationibus et fulminationibus aparet intrusum modo predicto in sanctam sedem Romanam quocumque
 5 heretico peiorum fidei et ecclesie nocivorem et plus contra eum quam contra quemcumque hereticum a quovis ad quem pertinet causa fidei et ecclesie procedendum.

Cum igitur ad doctores pertineat hereticos extirpare seu potius in-
 10 pugnare et reprobare, sequitur quod tenentur in pugnare et reprobare huiusmodi intrusum Antichristum, invasorem ecclesie et destructorem totius Christianitatis. <1.> Et quod ad hoc teneantur de necessitate salutis probatur, quia omnis servus negligens facere susceptum officium et abscondens talentum sibi traditum culpabiliter agit, teste Salvatore, *Matthei* 25 dicente de huiusmodi servo abscondente talentum: *inutilem*
 15 *servum eicite in tenebras exteriores; illic erit fletus et stridor dentium.* Et sic videtur quod servus huiusmodi dampnabiliter obmittit quod alibi notatur cum dicitur: *servus sciens voluntatem Domini sui et non faciens plagis vapulabit multis.*

Voluntas autem Dei est et scita esse talis ut unusquisque doctor
 20 et predicator evangelicus veritatem predicet, falsitatem reprobet. Hoc etiam precipere videtur apostolus, *II Thimotei* 4: *predica verbum, insta opportune, importune; argue, obsecra, increpa in omni pacientia et doctrina.* Et infra: *vigila, in omnibus labora, opus fac evangeliste, ministerium tuum imple.* Et generaliter omnes doctores et predicatoribus admonet *Ephesios* 6: *sumere scutum fidei et gladium Spiritus quod est verbum Dei.* Et quod specialiter hoc doctoribus et predicatoribus dirigatur, ymo iniungatur, patet ex sequentibus: *calciati pedes in preparationem Evangelii pacis. Matthei* 10: *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes.* De quali
 25 prudentia, *Matthei* 16: *intuemini, et cavete a fermento phariseorum et saduceorum*, scilicet falsam et malam doctrinam reprobando et verum predicando, peccata corripiendo, virtutes laudando. *Matthei* 24: *Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus.*

2 destructor] destructoribus a. c. P1 christianitatis] nec aliqua super hoc
 audientia etc. scr. sed del. P1 ex] de doctoribus add. in marg. P1 5 plus]
 quod scr. sed del. P1 10 antichristum] sup. lin. P1 ecclesie] sup. lin. P1
 11 et] prima ratio add. in marg. P1 12 servus] sup. lin. P1 24 imple]
 sobrius. Petrus quoque in sua scr. sed del. P1 25 fidei] sup. lin. P1

Ad propositum applicando ad litteram multi, id est duo prelati, enim locutio duorum numero contenta est. Duo enim venerunt in presenti dicentes quilibet, quia ‘ego sum Christus’, id est Christi vicarius unicus universalis vel generalis, super quo moventur doctores non seduci. 5 Tenentur enim non seduci, sed debent eligere bonum etc. et reprobare malum, scilicet intrusum, Antichristum, invasorem ecclesie etc.

Aprobare partem veram et reprobare partem falsam cuiuscumque contradictionis tangentis fidem et ecclesia, aprobare catholicas veritates et reprobare hereticas falsitates, hec enim sunt duo opera sapientis, 10 scilicet “non mentiri de quibus novit et mentientem manifestare posse”, primo *Elencorum*.

Tenentur igitur doctores reprobare taliter intrusum, “Antichristum, invasorem ecclesie, destructorem Christianitatis” . Ad quod arguitur sic: quicumque non resistit peccanti, supple ‘si potest’, si illi ex officio 15 incumbit resistere, est similiter iudicandus ut peccans, cui non resistit.

⟨2.⟩ Et hec causa quare in talibus taciturnitas imputatur prelati et doctoribus ac predicatoribus, quia eis incumbit ex officio resistere. Ad hanc probationem possent adduci multe auctoritates supratacte que videntur sonare, quid quo non resistit peccanti cum potest, consentit 20 eidem, et per consequens pari pena puniendum. Unde iura dicunt quod “agentes et consentientes pari pena puniuntur”, id est puniendum sunt. Sumitur ista regula ab apostolo, *Romanos* 1: amen dico vobis, *quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, et non solum qui faciunt ea, sed qui consentiunt facientibus*. Unde versus: “si quis delinquit, ut Paulus apostolus inquit, qui consentit ei, fit reus ipse rei.” 25

|| ⟨3.⟩ Ad idem argui potest sic: omnis iniquitas, perfidia ac perversitas inimicorum ecclesia odiendo* est habenda, teste Propheta dicente: *iniquos odio habui, legem ac tuam dilexi*; et alibi: *odivi ecclesiam malignantium, et cum impiis non sedeo* etc. *Nonne qui te oderunt oderam, et inimici facti sunt michi*. Et iterum: *omnem iniquitatem odio habui* etc. Igitur, omnes doctores et predatores perfidiam et perversitatem intrusi debent odire et detestari, et per consequens debitis circumstantiis adhibitis seu observatis debent reprobare. Patet 30 consequentia, quia secundum GREGORIUM, “probatio dilectionis est

P1 245v

1 applicando] venient *scr. sed del. P1* duo] prelati vel tres *scr. sed del. P1* 2 in] *sup. lin. P1* 4 generalis] tunc *scr. sed del. P1* 5 bonum etc] *sup. lin. P1* 8 aprobare] reprobare *a. c. P1* veritates] *sup. lin. P1* 15 resistit] unde in tali *scr. sed del. P1* 16 et] secunda ratio tacta supra *add. in marg. P1* 19 peccanti] peccanti *P1* 21 sunt] et sumitur *scr. sed del. P1* 23 et] *sup. lin. P1* 26 ad] tertia ratio *add. in marg. P1* argui] argue *a. c. P1* 28 legem — dilexi] *sup. lin. P1* 32 debent] debunt *P1*

exhibitio operis”. Et iterum, secundum eundem, dilectio “operatur magna si est; si vero renuit operari, amor non est”. Et per consequens, probatio odii talis intrusi est exhibitio reprobationis. Nam talem odium operatur etc.

- 5 Ad hoc potest <addi> AUGUSTINUS seu dicta eius que habentur 23, questione 4, capitulo ‘Duo ista’, dicens: “Duo ista cum dicimus, homo peccator, non frustra dicuntur. Quia peccator est, corripere: et quia homo, miserere, nec omnino liberabit hominem, nisi cum persecutus fuerit peccatorem. Huic officio omnis invigilat disciplina, sicut cuique regenti
10 apta et accommodata est, non solum episcopo regenti populum seu plebem, sed pauperi regenti domum suam, diviti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam seu coniugem, patri regenti prolem, regi regenti gentem suam. Et paulo post: Sicut nulli homini claudenda est misericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda.” Et per consequens,
15 intruso Antichristi etc. pena et increpatio danda est, etc.

- <4.> Ad idem, doctores et predicatorum sunt oculi corporis ecclesie spirituales, et per consequens videre debent bona et mala, virtutes et vitia, periculosa et utilia sibi et aliis, et illis monstrare. Maximum vero periculum ecclesie videtur esse papa intrusus, antichristus, invasor
20 ecclesie et destructor Christianitatis, igitur etc. Unde in *Scriptura* prophetica dictum est, cum cuilibet doctore et predicatori dictum est: *super montem excelsum ascende, tu qui evangelizat Syon; dic civitatibus*. Item, alibi: *clama, ne cesset, quasi tuba exalta vocem tuam, annuntia populo meo scelera eorum, et domui Iacob peccata eorum*. Et multa
25 similia in *Scriptura* posita possent induci obiecto.

- <5.> Ad idem, sicut ad testem pertinet in iudicio perhibere testimonium veritatis, ita ad predicatorum et doctores legendo et predicando. Sic enim apostoli vocati sunt testes a Christo, *Actuum* 1: *eritis michi testes in Ierusalem* etc. Et iterum ibidem: *oportet unum
30 ex hiis fieri testem* etc. Et sic doctorem debent testimonium contra intrusum etc. Et si dicatur quod, sicut testes non tenentur testificari veritatis nisi requisiti, ita nec doctores seu predicatorum, potest dici quod ymo testes quandoque tenentur dicere veritatem non coacti ex conscientia et caritate, sicut unusquisque tenetur dicere de proximo vel
35 pro proximo quid vellet vel sicut vellet dici pro seipso, *Luce* 6: *prout*

2 vero] p. c. P1 11 suam¹] p. c. P1 16 ad] quarta ratio add. in marg. P1 18 monstrare] mostrare P1 24 iacob] iacobi a. c. P1 25 posita] deposita a. c. P1 possent] posent p. c. P1 26 ad¹] quinta ratio, que no est multum ad propositum, ut videtur add. in marg. P1 29 oportet] oportet a. c. P1

vultis ut faciant vobis homines, facite illis. Et per consequens idem dicendum de dicere quod maxime faciendum est quando sic facere vel dicere nulli nocet, igitur sic facere tenentur predicatorum et doctores.

Quod autem testis non compulsus a superiore teneat dicere veritatem, dicit THOMAS 2^a 2^e, questione 7, articulo 1, dicens: “in testimonio ferendo distinguendum est. Quia aliquando requiritur testimonium alicuius, aliquando non” etc. Stat autem sententia in hoc quod, si requiritur testis a superiori in manifestis tenetur, in occultis non, et etiam si non requiritur a superiori, pro bono proximi vel malo vitando tenetur, etc.

(6.) Ad idem, sicut advocatus tenetur prestare patrocinium iuste cause, ita doctores et predicatorum teneantur veritatis catholicam aprobare et falsitatis et pravitatem oppositam reprobare, sed advocatus tenentur de necessitate salutis prestare prebere patrocinium cause iuste, specialiter pauperum vel pauperis quando non aparet in promptu quod per alium modum quam per suum iuramentum* possit pauperis causa sublimari. Igitur ita erit de predicatoribus et doctoribus quod tenentur intrusum Antichristum reprobare et rite et canone electum pro viribus admirare et aprobare, laudare, benedicere et predicare.

(7.) Ad idem, sicut ad accusatorem spectat accusare iudici crimen perniciosum rei presente quod potest probare, ita ad predicatorum et doctores spectat reprobare errores seu errorem perniciosus contra ecclesiam catholicam insurgentis, simile est presens scisma etc. Nam et ipsi predicatorum et doctores accusare debent perniciosum quamquam ac ecclesie nocivum. Inducitur unum superius tactum dictum GREGORII, quod habetur 2, questione 7, capitulo ‘Sicut’ ubi sic dicitur: “sicut laudabile discretumque est reverentiam et honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris est, si qua in eis sunt que indigent correctione, nulla dissimulatione postponere, ne totum quod absit corpus morbus invadat, si languor non fuerit curatus in capite”. Si igitur doctores et predicatorum tenentur per coniectionem curare languorem in superioribus, etiam in capite errorem, sicut Paulus, doctor gentium, languorem erroris in ceremoniis legis corripit et curavit in Petro, *Ad Galatas*, nam *restiti ei*, et corripit, et reprehendit, *quia reprehensibilis erat*. Multo magis ad eos pertinet reprobare et corrigere intrusum Antichristum etc.

4 a superiore] *sup. lin. P1* 10 ad] sexta ratio *add. in marg. P1* sicut] *sup. lin. P1* 18 benedicere] *sup. lin. P1* 19 ad¹] sexta ratio *add. in marg. P1* sicut ad] *sup. lin. P1* ; ad *scr. sed del. P1* 22 insurgentis] *p. c. P1*
simile — etc] *in marg. P1* 30 tenentur] *sup. lin. P1* 31 doctor gentium] *sup. lin. P1* 32 languorem] *langorem P1*

|| Tertium folium.

P1 246r

Premisse rationes de obligatione doctorum et magistrorum circa etc. Confirmatur: nam quisque catholicus peritus in lege divina absque tali gradu ad predictam reprobationem intrusi Antichristi, invasorem ecclesie, destructorem Christianitatis tenetur omni modo iusto sibi
 5 possibili, ut patet ex superius declaratis. Igitur, a multo fortiori doctor et professor doctrine evangelice, ymo ut videtur, si simplex catholicus peritus in lege divina minus vel cumque doctor tenetur de honestate et supererogatione et perfectione vite et operationis moralis ad hoc. Si ad
 10 reprobandum huiusmodi intrusum Antichristum etc., tunc, ut videtur, doctor tenetur de necessitate salutis, quia professus est defensarum fidem et ecclesiam catholicam et reprobare omnia ecclesie et fidei adversantia, sicut etiam patet in alio exemplo. Nam quilibet catholicus tenetur de supererogatione observare castitatis etc., *sint lumbi vestri precincti* etc.
 15 Professus vero sic agere tenetur de necessitate salutis, et ita videtur dicendum in proposito presenti de professore theologico specialiter et etiam de non professore ordinato ad verbum Dei predicandum.

Tenentur igitur doctores theologici et canoniste seu professores iuris canonici intrusum in sedem Romanam, Antichristum, invasorem ecclesie,
 20 destructorem Christianitatis totis viribus reprobare verbis et scriptis de necessitate sue salutis. Et si negligant facere quid in se est, graviter peccant.

Sed quid si maior pars doctorum taliter intruso consentiat? Potest dici quod pauci, ymo unus solus debet resistere exemplo Helye qui, cum
 25 solum se crederet esse prophetam, hereticos et apostatas constantissime confutabat. Unde et pauci doctores sustinentes veritatem possunt dicere illud *I Machabeorum 2: Etsi omnes gentes regi Antiocho obediunt Antiocho, ut discedant unusquisque a servitute patrum suorum, et consentiat mandatis eius, ego et filii mei, et fratres mei, obediemus legi patrum nostrorum; propicius sit Deus nobis; non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostre mandata, ut eamus altera via.* Et si dicatur quod pauci contra multitudinem incassum et frustra laborent, respondetur quod non debent desperare de victoria, iuxta illud *I Machabeorum 3: Facile est concludi multos in*

1 tertium folium] *in marg. sup. P1* 2 rationes] *circa* scr. sed del. P1*
 doctorum] *p. c. P1* et magistrorum] *sup. lin. P1* 5 iusto] *sup. lin. P1*
 6 possibili] *obligatur scr. sed del. P1* 9 supererogatione] *supererogatione P1*
 operationis] *operationis P1* moralis] *p. c. in ras. P1* 12 ecclesie] *a scr. sed del. P1*
 14 precincti] *precincti P1* 20 reprobare] *loci scr. sed del. P1*
 23 sed] *dubium add. in marg. P1* doctorum] *pp. scr. sed del. P1* 27 I —
 2] *iter. in marg. P1* 34 I — 3] *iter. in marg. P1*

manus paucorum; et non est differentia in conspectu Dei celi liberare in multis, et in paucis, quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo. Et II Paralipomenon 14: Domine, non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxiliis sine in multis, vel an in pluribus.

- 5 *Adiuvā nos, Domine Deus noster: in te enim, et in nomine tuo habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. Dominus Deus noster tu es: non prevaleat contra te homo.*

- In causa enim Dei non debet homo desperare de victoria, quia II Esdre 3 scribitur quod “super omnia vincit veritas”. Unde CASSIODORUS
10 in quadam epistola: “Veritas rerum atque utilitas semper a paucis et sapientioribus melius invenitur quam per multitudinem clamorā. Multitudo enim clamorosa nil habet honesti.” Et CHRISOSTOMUS super illo verbo *Matthei 22 accesserunt ad Iesum pharisei*, sic inquit: “Conveniunt in unum, ut multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant;
15 a veritate siquidem nudos professi sunt, qui multitudine se armaverunt”. Et Salvator, *Matthei*, ore proprio idem testatus est dicens: *lata est via que ducit ad perditionem, et multi ingrediuntur per eam; et arcta est via que ducit ad vitam, et pauci ingrediuntur per eam. Et Ecclesiastes 1* inquit sapiens: *Vidi cuncta que fiunt sub sole, et ecce universa vanitas*
20 *et afflictio spiritus. Perversi difficile corriguntur, et stultorum infinitus est numerus.*

- Et per consequens, in causa presentis scismatis argumentum sumptum a multitudine vel maiore parte Christianitatis adherente intruso nullum est, nec debet paucitas adherentium currere quosquam vel
25 quiquam in hac parte. Quinymo, ut tactum est, multitudo adherentium suspicionem de falsa adhesionē inducit, ut tactum est.

- Specialiter attenta qualitate temporum seu hominem hiis temporibus in quo summus, *in quos fines seculorum devenerunt*. De quo tempore Apostolus II *Thimotei 3: Hoc autem scito, quod in novissimis*
30 *diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes etc. ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, etc. voluptatum amatores magis quam Dei; habentes quidem speciem pietatis — id est fidei — virtutem autem eius abnegantes.*

1 differentia] in manu Dei celi scr. sed del. P1 3 II — 14] iter. in marg.
P1 8 desperare] p. c. P1 8–9 II — 3] III Regum 18 add. in marg.
P1 9 cassiodorus] iter. in marg. P1 12 chrisostomus] iter. in marg. P1
16 salvator] Christus add. in marg. P1 idem] sup. lin. P1 19 sapiens] iter.
in marg. P1 27 seu — temporibus] sup. lin. P1 29 novissimis] temporibus
scr. sed del. P1 31 etc] et voluptatē scr. sed del. P1 33 voluptatum]
magis scr. sed del. P1

Et infra: *resistentes veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem*. *Mente corrupti tripliciter: cupiditate beneficiorum, prelationum voluptatum, horum affectione adherentem*. Et similium adherent namque Ytalici affectione patriali*, Theutonici affectione imperiali (scilicet habendi imperatorem), Anglici odio Gallicorum, nonnulli alii affectione beneficiorum que prescis temporibus in suis partibus habere non potuerunt etc. Sicut etiam in speculativus affectio seu corruptio affectionis pervertit studium. Unde communiter Apostolus, *II Thimotei 4: Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas convertentur*.

|| Sicut enim pro mundana vanitate et ad sua desideria aliqui studentes coasservant et eligunt sibi magistros prurientes auribus et doctrinas curiosas ad apparendum, sic etiam homines mundialiter viventes, etiam clerici literati, eligunt sibi superiores vel adherent superioribus a quibus sperant habere promotiones, honores et divicias; probantque ipsos habere ius presidendi alios reprobando non affectu ad veritatem, sed tendendo ad propria comoda ab amore et zelo virtutis et veritatis, penitus alieni, quibus loquitur Dominus per prophetam Ysaïam 5: *Ve qui dicitis malum bonum, et bonum malum; ponentes lucem tenebras, et tenebras lucem; amarum in dulce, et dulce in amarum! Ve qui sapientes in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes; qui iustificatis impium* (id est, probatis intrusum iustum) *pro muneribus, et beneficus et diginalibus* et iustitiam aufertis ab eo! Propter hoc, sicut devorat stipulam* etc.

P1 246v

Quorum nonnulli familiares sunt et commensales talium quos approbant et quibus adherent cum quibus vel de quorum bonis epulantur. De quibus Apostolus *Ad Philippenses 3: Multi enim ambulant, quos sepe dicebam vobis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt*. Ubi Gloza de quolibet tali dicit Salamon, *Proverbiorum 28: Qui cognoscit in iudicio faciem hominis non bene facit; iste et pro buccella panis deserit veritatem*. Et non solum in iudicio publico et litigioso debet homo vitare affectionem ad personas, sed in iudicio quolibet quo investigative et disputative inquiritur de iure vel iustitia aliquarum. Debet enim quilibet sic iudicans pure affectione sciende veritatis inquirere, arguere et consequenter iudicare, et pure

1 resistentes veritati] sup. lin. P1 5 anglici] amor et odium pervertunt iudicium add. in marg. P1 10 coacervabunt] coasservabunt P1 13 et eligunt] sup. lin. P1 18 tendendo] sup. lin. P1 32–33 bene facit] benefacit P1 34 litigioso] litigioso P1

veritatis profiteri, specialiter doctores et professores veritatis. Unde GREGORIUS in *Omelia* quadam: “ille veritatis congruus est defensor, qui quod recte sentit loqui non metuit aut erubescit.”

Talibus carent magnatos et potentes iuxta illud commune dictum
 5 SENECA: “potentibus et divitibus hoc solum deest qui verum dicat.” Et iterum, idem SENECA: “cum infelicis potentisque homines clientulum veneris necesse est ut veritas vel amicitia relinquatur.” Nam ibi specialiter “veritas parit odium”.

Tales specialiter, si qui inter eos doctores fuerint et veritatis
 10 professores deberent advertere ad dictum illius pagani philosophi ARISTOTELIS, I *Ethicorum*, capitulo 7: “oportet pro salute veritatis familiaria despiciere philosophos existentes. Duobus enim existentibus amicis” — scilicet homine et veritate — “sanctum est prehonore veritatem.” Et iterum, ibidem: “amicus Socrates sed magis amica
 15 veritas.”

Cui concordat dictum superius allegatum *Proverbiorum* 28: *Qui cognoscit in iudicio faciem hominis non bene facit*. Sic non cognovit faciem hominis Paulus doctor gentium, cum Petrum coapostolum affectus veritatis fidei et ritus veri legis divine reprehendit, *quia reprehensibilis erat*, per auctoritatem quam se fatetur habere, *I Thimotei 2: veritatem dico, non mentio*,) *doctor gentium in fide, et veritate*. Alibi et non solum. Sic doctor doctorum Christus palam locutus est, et in oculo nihil etc.

Quod vero doctores ultra simplices quantumcumque peritos aliud
 25 potestatis et auctoritatis, et per consequens, obligationis ad veritatem approbandam et falsitatis reprobendam maxime in tangentibus fidem et ecclesia videtur satis *Scriptura*. Unde *Epheseos 4: Et ipse dedit quosdam apostolos, quosdam prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi* etc.

Et per consequens doctores, si non obvient erroribus, plus peccant ceteris paribus non doctoribus. Patet *Iacobi 3: Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes*. Propterea Apostolus *Romanos 2* contra
 35 doctores legis dicebat vel ad eorum unumquodque non facientem officium suum sic dicens: *Si autem tu Iudeus cognominaris, et requiescis in lege, gloriaris in Deo, nosti voluntatem eius, et probas utiliora, instructus*

9 inter] *sup. lin. P1* 22 sic] “turpe est doctori, cum culpa” etc. *add. in marg. P1* 24 quod] ad propositum *add. in marg. P1*

per legem, confidis te esse ducem cecorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientie, et veritatis in lege. Qui ergo alium doces, et teipsum non doces, etc. Et Salvator: Ve vobis scribe et pharisei qui imponitis onera inportabilia in humeros hominum et cetera multa.

Et iterum, idem Salvator inquit: Super catedram Moysi sederunt scribe et pharisei, etc. multa.

Que et similia notant maiorem obligationem in doctoribus uniuscuiusque legis ad obviandum legi contrariis quam sic in simplicibus quantumcumque peritis. Et sic pro nunc dictum sit de doctoribus.

Hec de doctoribus.

Circa istum punctum movetur dubium in tertio sisterno huius voluminis.

|| Quartum folium.

P1 247r

Quod autem principem teneatur obviare intruso in presenti casu. Nam, ut dicitur in illo Decreto “In nomine Domini”, est Antichristus Christo, scilicet contrarius, invasor ecclesie, destructor Christianitatis, et per consequens, omnes presentes Christiani tanta necessitate sue salutis tenentur sibi obviare quanta tenentur servire Christo, conservare ecclesiam et totam Christianitatem, specialiter eis subditam et commissam.

Item, principes Christiani tenentur omnem pravitatem hereticam de suis dominiis extirpare, si pullulanter, et ne pullulet impedire modo, sic quod in isto casu ex parte intrusi et sibi obedientium et vero Romano pontifici, ac per consequens vere Romane ecclesie inobedientium, contingit heresis, ut patet 22 distinctione *Decreti* sub autoritate NICHOLAY pape loquentis de Romana ecclesia per hunc modum quod omnium primatum, archiepiscopatum vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana ecclesia, et infra, post pauca, concludit: “Unde non est dubium, quia, sicut quisquis cuilibet ecclesie” — seu potius alicui ecclesie — “ius suum detrahit, iniustitiam facit. Ita quisquis Romane ecclesie privilegia ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in heresim

3 ergo] *sup. lin.* P1 12–13 circa — voluminis] *in marg. inf.* P1
 14 quartum folium] *in marg. sup.* P1 15 quod] sequitur de obligatione
 principum et communicatum ad resistendum intruso *add. in marg. sup.* P1
 28 archiepiscopatum] archiepatuum P1 30 quisquis] *aut scr. sed del.* P1
 32 romane ecclesie] in quantum suprema et capitali aliarum *add. in marg.* P1

labitur et cum ille vocetur iniustus” — scilicet qui alicui ecclesie ius suum detrahit alteri a Romana — “hic” — scilicet qui romane ecclesie ius suum detrahit — “dicendus est hereticus. Fidem quippe violat qui adversus illam agit, que est mater fidei; et illi contumax invenitur, qui
 5 illam cunctis ecclesiis pretulisse cognoscitur. Unde sanctus Ambrosius se in omnibus sequi magistram sacram Romanam ecclesiam profitetur.” Et sic patet ex inobedientia Romane ecclesie sequi heresim saltem ex contrarietate ad Romanam ecclesiam et posteroriatione eius hoc sequitur, scilicet heresis etc.

10 Modo constat quod in hoc casu intrusus et sui complices ac obediētes eidem vero Romano pontifici ac vere Romane ecclesie adversantur et ius sibi a Christo traditum detrahunt, igitur etc.

Modo autem constat quod ad presentes Christianos de necessitate sue salutis pertinet de suis dominiis hereses extirpa, cum, ut ostensum
 15 est supra, causa fidei ad omnes pertineat et maxime ad potentes illam preteritis* defensare et magis ad potentiores quam ad minus potentes.

Et si dicatur quod potentes non habent iudicare qui sit intrusus aut legitime electus in presenti casu, opponitur per hoc quia ex quo ad eos pertineret obviare intruso et eum pro posse extirpare de necessitate sue salutis, si ignoraverint quis sit ille intrusus in presenti casu, tenentur
 20 inquirere et se a peritis suorum dominorum aut ab aliis scientibus et fide dignis tenentur se informare. Probatur hoc: nam ad ipsos spectat, ut tactum est, omnes hereses de suis dominiis extirpare, si pullulaverunt et ne pullulent impedire modo dicunt iura quod “cuicumque pertinet
 25 potestas aliquid faciendi, ad ipsum pertinere noscuntur omnia que pertinere noscuntur omnia sine quibus non potest illud convenienter efficere.” Quemadmodum, si causa aliqua comittatur alicui, ipse super omnia que pertinere noscuntur ad illam causam plenariam recipit potestates. Nam, concesso principali conceditur accessorium, et ad
 30 hoc nonnulli allegant iura quam plurium, que obmitto, nisi tantum quottationes. Allegant namque ad predictam conclusionem iura, *Extra*, ‘De officio delegati’, capitulo 1 ALEXANDRI III sic dicentem: “sicut agentes et consentientes pari pena” etc. et infra, capitulo “Preterea” *De potestate iudicis delegati* scribit idem ALEXANDER sic: “quia ex quo
 35 sibi causa comittitur” etc. Item, capitulo “Prudentiam” CELESTINUS dicit: “delegati eandem iurisdictionem, quam in principali, et in accessorio exercebunt” etc. Et infra, capitulo “Suspicionis” statuis GREGORIUS IX

8 ad] *sup. lin. P1* romanam ecclesiam] Romane ecclesie a. c. *P1* eius]
sup. lin. P1 10 in hoc casu] *sup. lin. P1* 16 ad²] *sup. lin. P1*

quod: “ab ipso quoque iudice cui sicut iuridictio, sic cetera, sine quibus” etc.

Ex quibus concludunt sic arguentes, quod principibus quibus competitur hoc pravitatem hereticam, et per consequens, dominationem*
 5 scismaticam de suis dominiis extirpare et ne pullulent impedire competit
 competit inquirere de huiusmodi, si ignorent cum sine huius inquisitione
 principalem effectum ad quem tenentur de necessitate salutis efficere
 !!!a’!!!e possint. Confirmant sic, quia sicut ad eundem spectat inquirere
 de personis diffamatis et accusatis, iudicare servet iuris ordinem,
 10 ita ad quem spectat extirpare pravitatem hereticam et distentionem
 scismaticam, si fuerint perpetrare, ad eundem spectat diligenter inquirere
 veritatem de eisdem pravitatibus publice nunciatis. Patent hec ex
 presumpta radice.

|| Item, ad quem spectat obviare periculis que noverit ingruere
 15 vel innuere, ad eundem spectat de periculis que per publicam famam
 nunciantur perquirere veritatem. “minus enim feriunt iacula que
 previdentur”, ut inquit GREGORIUS in *Omelia*. Et sapiens quidam
 inquit: “prospice qui veniunt hos casus esse ferendos. Nam levis ledit
 20 quidquid previdimus ante”. Sed ad reges et principes spectat omnem
 pravitatem hereticam atque scismaticam de eorum dominiis extirpare
 et ne pullulent impedire, quod probatur sic: quicumque non tenetur
 fugere de terra sua propter hereticos ac scismaticos ut debet cum eis
 communicare, nec eos quomodolibet receptare seu qui debet cum eis
 non communicare ac eos non receptare, debet eos de terra sua fugare vel
 25 captivare vel penitus extirpare; sed reges et principes sunt huiusmodi,
 igitur etc.

P1 247v

et Ulterius potest argui sic: sed omnis qui possunt fascinus prohibere
 et supple tenentur ad hoc et non prohibet, cum ad ipsum pertineat
 eidem fascinori favere, censetur, ut tactum est, et tangitur de hoc libro
 30 6 *Dyalogi*, capitulo 99.

Tenentur igitur reges et principes de necessitate salutis obviare
 omni rationabili sibi possibili obviare scismatice perversitati maxime,
 que habet annexam hereticam pravitatem quale est scisma presens, ut
 tactum est auctoritate *Decreti*.

35 De potestatibus vero inferioribus regibus et principibus dicendum

13 presumpta| assumpta a. c. P1 ; preassumpta p. c. P1 radice|
 arguitur primo de presentia imperatorum consilii generalibus etc. add. in marg.
 P1 31 tenentur| conclusio quedam add. in marg. P1 32 maxime| iter. P1
 17/35–18/17 de potestatibus — perversitatem| in marg. inf. P1 35 de| A
 add. in marg. P1

est per omnia, sicut de regibus et principibus. Et si moveatur dubium quomodo potest sciri quomodo aliqua potestas superior sive inferior sive communitas sive tante potentie quod cum fructu spirituali possit prohibere intrusum in sedem apostolicam, respondetur quod quecumque
 5 persona potestas vel communitas et tante potentie que pro bonis temporalibus communicandis* vel retinendis vel in comodis vitandum potest resistere, potest resistere et rebellare intruso in sedem apostolicam, illa est potens rebellare eidem pro fidei et ecclesie causa, quod si non fecerit, debet senseri carere zelo fidei et esse fautor intrusi et intrusionis.
 10 Ad quantum enim personam et communitatem super alios potestatem habentem spectat sibi subiectos ab heretica pravitate et scismatica malignitate purgare; qui vel prelati sunt solliciti hoc facere aut sunt dampnabiliter negligentes, si sint soliti et non possunt per se invocare, habent seculare potentes ad hoc et illi tenentur eos iuvare fideliter, si sint
 15 dampnabiliter negligentes, seculares etiam non requisiti, si cum fructu possunt, tenentur de necessitate salutis extirpare omnem hereticam pravitatem ac scismaticam perversitatem.

Idem probatur de communitatibus non habentium alii super alios potestatem, scilicet quod tenentur sicut fructum spirituali, possunt
 20 resistere tali fascino scismatico ac heretico. Probatur sic, quia non minus tenetur talis multitudo defendere ecclesiam et fidem catholicam quam socium vel patriam contra invadentes; sed ad secundum tenetur talis multitudo, ut allegatur 23, questione 3, capitulo “Fortitudo”: “Fortitudo, que bello tuetur, a barbaris patriam vel domi defendit
 25 infirmos, vel a latronibus socios, plena iustitia est.” Iustitia autem, cum Dei precepta concernat, inductiva est necessitatis et rigoris ad differentiam favorum et gratie que de hiis que supererogationis sunt existunt.

Ad idem arguitur: ad eosdem spectat Christum defendere et eius
 30 fidem, sed ad multitudinem non habentem potestatem super alios pertinebat Christum defendere, teste AUGUSTINO, ut allegatur 23, questione 4, capitulo ultimo: “Ostendit propheta non immunes esse a scelere, qui permiserunt principalibus Christum interficere, cum
 35 multitudine timerentur et potuissent illos a facto et se a consensu liberare.”

Et ex eisdem motivis posset ostendi de qualibet singulari persona quod si sola posset resistere cum fructu spirituali presidentie intrusi in sedem apostolicam et ad resistendum alios provocare teneretur ad hoc

1 dubium | *iter. in marg. P1* 18/18–19/1 idem probatur — salutis | *praem. P1* 18 idem | *B add. in marg. P1* alii | *sup. lin. P1* 36 persona | *quo scr. sed del. P1*

de necessitate sue salutis.

|| Quintum folium.

P1 248r

Probatum est igitur generaliter de omnibus catholicis et de diversis
statibus fidelium qualiter omni modo rationabili sibi possibili obviare
5 intruso in sedem apostolicam, si sine turbatione fidelium et cum fructu
spirituali hoc possint. Si vero non possint sic agere, potius ad tempus
possunt licite scisma tollerare, sic precepta affirmativa. Et si semper non,
tamen pro semper obligant. Probatur predicta modificatio aliquibus
mediis pro. Namque arguitur, quia talis impeditio (id est, obviacie)
10 que foret sine fructu etc. esset extreme dementie, quia non minorum
dementie est frustra nitti et nichil, nisi turbationem fidelium querere
quam frustra nitti et nichil, nisi odium querere. Sed hoc secundum est
extreme dementie, teste IERONIMO, qui cuiusdam sapientis approbando
sententiam in *Prologo super Esdram* inquit: “frustra autem, ut ait
15 quidam, neque aliud fatigando nisi odium querere, odium extreme
dementie est.”

Secundo sic: non minus est obmittenda turbatio fidelium ad quam
nulla sequitur utilitas eorum quam sit evitanda correctio propter scisma
vitandum, quia scisma non ob aliud obmittitur nisi quia nocivum
20 Christianitati; similiter, turbatio fidelium est nociva Christianitati,
sed secundum est obmittendum, teste AUGUSTINO qui, ut habetur
23, questione 4, capitulo “Cum quisque” ait: “Cum quisque fratrum et
Christianorum” etc.

Et si dicatur quod secus est quando impugnatur fides et quando alia
25 peccata committuntur, et per consequens, posset cessari a correctione
aliorum peccatorum propter scisma vitandum, non tamen a resistentia
scismaticorum hereticorum propter scisma tollendum, ut videtur notari
7, questione 1, capitulo “Cum vero”, ubi dicitur: “Cum vero non tantum
prelatorum, sed totius ecclesie salus queritur et fides impugnatur, necesse
30 est ut ex adverso ascendatur”. Et per consequens, suo modo reges et
principes certare pro fide tenebuntur in casibus pretactis, etiam usque
ad mortis, iuxta illud *Ecclesiastici* 4 quod *iustitia agonizare usque ad
mortem pro anima tua, et usque ad mortem certa pro iustitia*, specialiter

2 quintum folium] *in marg. sup. P1* 3 probatum] ad oppositum omnis*
responsione aliquali *add. in marg. sup. P1* ; ut iam cum diligibilia iam facta scriptis
et oblatione in formas verbalis *add. in marg. P1* omnis**ad probatum]* *sup. lin.*
P1 *ad probatum]* 4 *scr. sed del. P1* 5 apostolicam] *sed add. sup. lin. sed*
del. P1 et] *iter. P1* 7 sic] *sup. lin. P1* 9 id est obviacie] *sup. lin. P1*
10 que foret] *iter. P1*

pro iustitia, que est ex fide.

Sed ad hoc posset dici quod quamvis reges et principes sint specialiter obligati ad certandum pro fide, non tamen ad certandum specialiter et in omni casu, ymo quandoque licite possunt abstinere a tali certare, exemplo Christi, Pauli et aliorum sanctorum qui interdum non solum a
 5 tali certamine cessaverunt, quinymo fugerunt a loco certaminis. Ad hoc inducitur Gregorius in Dyalogo, cuius verba habentur 7, questione 1, capitulo “Ibi” dicens: “Ibi adunati equanimiter portandi sunt mali” etc. et infra “sepe agitur in animo quod silentio pretereundum non est, quia
 10 sancti cum laborem sine fructu considerant in alio ad laborem migrant.”

Dat exemplum de Paulo GREGORIUS cum fugit de Damasco, ex quibus verbis concluditur quod fidei zelationibus licitum est semper cum intentione faciendi maiorum fructum pro tempore declinare a loco certaminis. Sic de regibus et principibus dicendum, quamvis enim, ubi
 15 vident esse fructuosum sine ad honorum Dei esse usque ad mortem certare debent pro fide exemplo Machabeorum quibus Iudas inquit *I Machabeorum 3: Accingimini, filii potentes etc. quoniam melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostre et sanctorum.* Attamen ubi non sequitur alius fructus nisi turbatio fidelium possunt
 20 cessare reges et principes ab huius certare et forte pari causa prelati a consilio generali.

Tertia ratio sit: non minus tolleranda est ad tempus intrusio alicuius in sedem apostolicam propter stragem corporalem et spiritualem fidelium vitandum quam propter eandem causam sit detrahendum severitati
 25 correctionis et iustitie, sed propter dictam causam aliquando ad tempus flagitia sunt tolleranda et minime punienda, teste AUGUSTINO *Ad Bonifacium*, et habetur distinctione 50, capitulo “Ut constitueretur” ubi dicit sic: “ubi per graves scissuras” etc. Et per consequens ad tempus potest intrusio tollerari.

Quarta ratio: quia non plus tenentur principes preceptis statutis et armis si oportuerit extirpare intrusum in sedem apostolicam quam teneantur ad hoc predicatorum et doctores, rationibus et scripturarum testimoniis. Sed predicatorum et doctores propter causam predictam
 30 possunt cessare ad huiusmodi inpugnatione testante veritate Matthei 7: *nolite sanctum dare canibus, neque seminare margaritas inter porcos, etc. ne forte conversi disrumpant vos, etc.*

20 cessare] p. scr. sed del. P1 certare] signum insertionis sine textu P1
 24 propter] p. c. P1 30 non] minus scr. sed del. P1 32 scripturarum]
 rationibus scr. sed del. P1

Item, omne quod non est ad gloriam Dei potest licite obmitti, ymo forsitan est obmittendum, teste apostolo Petro *Corinthiorum* 10: *sive manducatis, sive bibitis, etc. omnia in gloriam Dei facite*. Et *Colocenses* 3: *quodcumque facitis in verbo, etc.* Sed obviare intruso cum turbatione
 5 fidelium sine fructu non est ad gloriam Dei, igitur habetur intentum.

Cum isto puncto illud dubium alibi motum in materia de audientia inpugnatorum pape heretici, scilicet numquid aliquae occupationes sunt dimittende pro hiis agendis et quae secunda pagina 11 folii presentis sisterni.

10 || Et quod presens casus ad reges et principes pertineat, quia quando pax aliter haberi non potest, summo opere recurrendum est ad regalem providentiam. Probatur testimoniis et exemplis. Sic enim orta questione inter Symonem prepositum templi et inter Oniam summum sacerdotem super spoliatione erarii, in quo deposita erant
 15 plures thesauri pro victualibus viduarum et pupillorum, pro qua summus sacerdos et totus populus minore mente consternabatur, et ceteris malis contingentibus, malitia Symonis invalescente Onias, ad regis providentiam duxit recurrendum, ut habetur *II Machabeorum* 4: *considerans Onias periculum, etc.*

20 Item, legitur 17 distinctione, capitulo “Hinc etiam” quod Theodoricus Rex, advertens seditiones et divisiones in clero propter Symacum Papam, congregato consilio per eum potestati pontificum comisit ut sive vellent propositum audire negotium, sive nollent, quod magis putarent utile declararent dummodo venerandi consilii provisione pax in Romana
 25 civitate daretur, sicut ibide CRASSIANUS recitat in hec verba: “Hinc etiam cum auctoritas Theodorici regis ex diversis provinciis ad urbem Romam sacerdotes convenire precepisset, ut sanctum consilium iudicaret quae venerabili Symaco, presuli apostolice sedis, ab adversariis dicebantur impingi”, etc. usque ibi: “dummodo venerandi provisione concilii pax
 30 in Romana civitate daretur.” Ex quibus patet: in talibus ad regalem providentiam recurrendum.

Ad idem argui potest sic: ille qui minister est regni Dei vel qui minister est Dei precipue habet iudicare peccata vel peccatis quae committuntur in Deum; sed omnes reges sunt ministri Dei, quibus
 35 dicitur *Sapientie* 6: *Audite ergo, o reges, et intelligite, quoniam a Deo data est potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri illius,*

6–9 cum — sisterni] in marg. inf. P1
 20 item] et a. c. P1

10 ad] pro. scr. sed del. P1

non recte iudicastis, neque custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis, etc. usque ibi: *Concupiscite sermones meos et diligite illos, et habebitis disciplinam*. Ad reges ergo pertinet punire peccata que committantur in Deum; scismata autem et hereses sunt

5 peccata commissa in Deum; igitur ad reges pertinent.

Item, ad illos pertinet punire scismata et hereses, quorum est omne malum iudicialiter dissipare; sed hoc pertinet ad regem, *Proverbiorum* 20 qui ait: *Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum in circuitu suo*, igitur dissipant hereticos et scismaticos.

10 Tertio, non minorum iurisdictionem optinent principes Christiani vel reges in *Novo Testamento* super sibi subditos quam super sibi subditos quondam habebant reges in *Veteri Testamento*, sed ad reges *Antiqui Testamenti* pertinebat punire sibi subditos hereticos et scismaticos, ydolatrias et blasfemios. Probat exemplis manifestis. Nam de rege

15 Iuda scribitur *III Regum* 15: *In anno ergo vigesimo Ieroboam et quod purgavit universas sordes etc. ydolorum etc. et confregit simulacrum turpissimum*. Unde patet hic quomodo de ydolatriis, qui inter hereticos computantur, fecit iustitiam zelo fidei. Et sic habetur intentum.

Item *IV Regum* 10, Hyeu filius Iosaphat filii Namsi propheta Baal

20 omnes occidit. Unde habetur ibidem: cumque *abiisset Hyeu invenit Ionadas filium Rachab* etc. usque ibi: *delevit itaque Hyeu Baal de Israel*. Et propter huiusmodi ultionem a Deo remuneratus est. Unde ibidem: *dixit autem Dominus ad Hyeu: quia studiose egisti quod rectum erat*, etc. et *filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum*

25 *Israel*. Et si patet intentum.

Et sic videtur de regibus in *Novo Testamento*, quod taliter procedere possunt contra hereticos et scismaticos, et specialiter contra caput scismaticorum, intrusus in sedem apostolicam, contra complicesque suos, conformiter ad Hyeu, qui *delevit Baal de Israel*, et prophetas eius

30 et specialiter ecclesiastica potestate deficiente hoc videtur reges catholici zelo fidei accensi et ecclesie facere posse.

|| Sextum folium.

P1 249r

Et pro evidentia premissae questionis premittunt quedam quo debeat

10 optinent | presentes *scr. sed del. P1* 14 rege | *iter. P1* 15 iuda | de
quo *scr. sed del. P1* quod | *c. a. c. P1* 18 fecit | *victoriam scr. sed del.*
P1 22 remuneratus | *renuneratus P1* 26 et | *conclusio add. in marg. P1*
30 potestate | *cessante scr. sed del. P1* 31 accensi | *sup. lin. P1* 32 sextum
folium | *in marg. sup. P1* 33 quedam | *modo scr. sed del. P1*

intelligi potestatem ecclesiasticam in hoc posse deficere, scilicet aliquo intruso presidente, et ponit quattuor modos: primo, per impotentiam; secundo, per malitiam; tertio, per dampnabilem necligentiam; quarto, per ignorantiam.

5 Primo, per impotentiam, si intrusus tanta uteretur temporali potestate quod nullus prelatus ecclesie, neque diocesanus in cuius dyocesi moraretur intrusus, neque alius episcopus posset ad brachium
10 seculare recurrere, puta si omnes prelatos ecclesie tenerent in carcere vel alio quovis modo a recursu huius impediret. Vel etiam posset ecclesiastica potestas deficere per impotentiam, quia et si essent aliqui prelati pauperes et impotentes qui recurrerent ad laycos pro coercendo intrusum illi nollent eos iuvare.

Secundo modo, potestas ecclesiastica per malitiam, puta si omnes clerici et prelati ecclesie adherent intruso, eum defendendo et eius
15 intrusionem approbando.

Tertio, potest deficere potestas ecclesiastica per dampnabilem necligentiam, puta si clerici et prelati qui per se et per invocatum auxilium brachii secularibus possent coercere intrusum, et hoc facere necligunt.

20 Quartus modus patet utpote si prelati essent adeo ignorantes, quod nesciunt huius hominem esse intrusum.

Hiis premissis probatur conclusio talis.

Quod ecclesia potestate deficiente aliquo dictorum modorum valeant layci repellere vel captivare intrusum in sedem apostolicam a presidentia
25 ipsum impediendo ne per suam iniustam presidentiam et catholicorum iniusta obedientiam huius obedientes dampnentur unacum huius intruso. Et probatur hec conclusio tam testimoniis aliquorum quam rationibus. Hoc enim videtur asserere *Gloza*, 17 distinctione, capitulo “Nec licuit” super illo vocabulo “seculares” dicens: “hic habet quod ubicumque deficit
30 ecclesiastica potestas, specialiter recurritur ad brachium seculare”. Item, hec videtur sententia YSIDORI, qui, ut legitur 23, questione 5, capitulo “Principes” sic ait: “Principes seculi nonnumquam intra ecclesiam potestatis adepti culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant.” Ubi dicit *Gloza* super illo verbo “intra
35 ecclesiam”: “Layci habent iurisdictionem multipliciter intra ecclesiam. Quandoque in personis ipsis, cum sint incorrigibilem, ut 32, distinctione,

5 primo] *in marg. P1* 14 eum] *et scr. sed del. P1* 20 utpote] *p. c. sup. lin. P1* ; pote *a. c. P1* 24 presidentia] *sua scr. sed del. P1* 31 capitulo] *presentes scr. sed del. P1*

non possunt ipsum per doctrine sermonem coherceri, etc.

|| Item, PELAGIUS, 23, questione 5, capitulo “Quali” inquit: “Hoc enim et divine et humane leges statuerunt, ut ab ecclesie unitate divisi, et eius pacem iniquissime perturbantes, a secularibus potestatibus
5 comprimentur.” Que autem sunt ille leges divine que sic statuerunt, potest dici quod sunt ille leges que habentur *Deuteronomio* 13 et 17. Nam *Deuteronomio* 13 non solum de sacerdotibus, sed generaliter de omnibus et specialiter in potestate constitutis dicitur: *Si surrexerit in medio tui propheta*, etc., *Propheta autem ille aut factor sompniorum interficietur*, et infra: *Si audieris in una urbium tuarum*; *Deuteronomio* vero 17 sic scribitur: *Cum reperti fuerint apud te intra unam portarum tuarum*, usque ibi: *et lapidibus obruentur*. Hec sunt leges divine contra omnes volentes avertere avertentes se et alios avertere volentes a vera
10 credentia et iusta obedientia ecclesie sancte Dei qualis in casu esse censetur intrusus in apostolicam sanctam sedem.

Et diriguntur verba premissorum legum non solum ad superiores et iudices ad quos pertinet talia exequi ex officio suscepto, sed generaliter ad omnes. Nam si iudices noluerunt aut non potuerunt iustitiam exhibere, spectabit ad subditos, propter quod Helias propheta quamvis non esset
20 sacerdos, neque iudex, ipse tamen iussit populo apprehendere prophetas Baal dicens: *Apprehendite prophetas Baal, et ne unus quidem fugiat ex eis. Quos cum comprehendissent, ad eos Helyas ad torrentem Cison adducite, et interfecit eos ibi, III Regum* 18.

Et si dicatur quod iste leges non pertinebant ad moralia, sed ad iudicialia legis antique et minime videntur astringere fideles sub lege libertatis constitutis, dicendum videtur quod in istis legibus aliquid erat morale et aliquid iudiciale. Morale erat quod fideles, hereticis et scismaticis nullo modo consentire debebant, sed eis obviare et resistere omnibus modis sibi convenientibus, quia omnes tam veteris quam nove
30 legum tenebantur conservare et defendere legem divinam et tenentur adhuc. Aliud erat iudiciale, quod tales volentes pervertere leges et ad hoc alios inducentes interficiebantur, et ad hoc fideles minime tenentur, scilicet ad interficiendum adversarios legis, etc.

Ad propositum predictarum legum, scilicet quod sunt a catholicis observande, videtur esse beatus CYPRIANUS, prout legitur 23, questione 5, capitulo “Si audieris”, ubi hoc sentire CYPRIANUS dicens: “Si audieris in una ex civitatibus” etc., prout habetur in *Deuteronomio* 13, postque subiungitur: “Cuius precepti et vigoris memor Mathathias interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quod si ante adventum Christi
35

2 quali] Quasi P1 38 et] memo scr. sed del. P1 ; vigoris add. sup. lin. sed del. P1

circa Deum colendum et ydola spernenda hec precepta servata sunt, quanto magis post adventum Christi servanda sunt, quando ille veniens non solum verbis ortatus est, sed etiam factis?” Et sic ille leges post adventum Christi servande sunt quoad id quod in eis est morale. Et
 5 quod non solum a iudicibus servande sunt huiusmodi leges patet per *Gloza* in dicto capitulo, que dicit sic: “et sic quandoque ille qui non est iudex potest punire maleficos, ut infra eadem questione ultima legi.”

Et sic patet quod heretici, scismatici, malefici, quicumque sunt, a quibuscumque fidelibus potentibus ad hoc reprimendi, et si fuerit
 10 possibile, puniendi, quales in presenti casu sunt intrusus in apostolicam sedem et eius complices, ut satis tangitur in illo *Decreto* “In nomine Domini”, quapropter sunt non solum a iudicibus, sed ab omnibus catholicis reprimendi.

Ad idem induci possunt verba Pelagii, que habent 23, questione
 15 5, capitulo “Non vos”, ubi dicitur sic: “Non vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem ecclesia faciat, dum vel ea, que committuntur, reprimi, vel salutem animarum requirit. Errant huiusmodi rumorum fabulatores. Non persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui vero malum vel iam factum punit, vel ne fiat prohibet,
 20 non persequitur, sed diligit. Nam etsi, ut illi putant, nemo nec reprehendendus, nec retrahendus a malo ad bonum est, humanas ac divinas leges necesse est evacuari, que et malis penam, et bonis premium iustitia suadente constituunt.”

|| Septimum folium.

P1 250r

25 Et sequitur ad propositum: “Malum autem est scisma esse, et per exterarum etiam potestates huiusmodi opprimi debere homines, et canonice scripture auctoritas, et paternarum nos regularum nos veritas docet.”

Ex quibus verbis a parte patet omnes scismaticos opprimi debere per exterarum potestates.

30 Ad idem induci posset verba eiusdem PELAGII, eisdem causa et questione, capitulo “De Liguribus atque Veneticis” etc. usque ibi: “ut facientes scissuras in sancta ecclesia non solum exiliis, sed in proscriptione rerum et dura custodia debent coherceri.” Et loquitur de episcopis hoc dictum.

35 Ex quibus patet quod scismatici et heretici scissuras facientes in

7 questione] legi scr. sed del. P1 8 malefici] sup. lin. P1 10 possibile] reprimendi scr. sed del. P1 12 sunt] sup. lin. P1 19 qui] contra Marcilium add. in marg. P1 24 septimum folium] in marg. sup. P1

ecclesia sunt puniendi, etiam per exteras potestates seu seculares principes. Sic faciebat MARCILLIUS COMES in quosdam Donatistas hereticos deprehensos, ut habetur 23, questione 1, capitulo 1, ubi ponitur quomodo AUGUSTINUS sibi scribebat non reprehendendo exercitium
 5 sue iurisdictionis in huiusmodi Donatistas “quos de Yponensi civitate ad iudicium pro factis eorum publice discipline causa et comperat auditos” etc., sed ortando de mitigatione punitionis, ut patet ibidem, ut inquirendo diligenter “quibus parceret inveniret”.

Et hec conclusio de potestate principum infra ecclesiam et ad
 10 ecclesiam defendendam posset probari etiam ratione. Nam qui a Deo suscipiunt ecclesiam defendendam, nec propter impotentiam clericorum aut malitiam, necligentia, aut ignorantiam debent in defensione ecclesie esse remissi seu necligentes, sed tales sunt layci, teste YSIDORO qui, ut legitur 23, questione 5, capitulo “Principes”, ait: “Cognoscant principes
 15 seculi Deo se debere esse reddituros rationem propter ecclesiam, quam Christo tuendam suscipiunt.” etc. usque ibi: “qui eorum potestati tradidit ecclesiam protegendam.” Et per consequens, habent potestatem super intrusum etc.

Quod expresse, scilicet quod layci habeant potestatem intrusum
 20 pellere a sede apostolica concedit Nicolaus Papa distinctione 79, capitulo “Si quis pecunia” dicens: “Si quis vel humana gratia, aut populari aut seu militari tumultu, sine concordia et canonica electione cardinalium, et sequentium religiosorum clericorum fuerit apostolice sedi intronizatus, non Apostolicus, sed apostaticus habeatur, liceatque cardinalibus et aliis
 25 timentibus Deum et laicis invasorem illum anathematizare et humano auxilio a sede apostolica pellere.”

Exeundo parum extra propositum, in premissis verbis possunt notari alica. Primo, quod non concludunt intentum; non enim concludunt
 30 exteras potestates seu seculares habere dominium et auctoritatem pellendi talem intrusum a sede apostolica, sed tantum concluditur quod assumi possunt in auxilium ad pellendum talem, scilicet a viris ecclesiasticis.

Item, possit ibi notari prima verba, scilicet “humana gratia”,

7 ut²] *sup. lin. P1* 9 et¹] *ratione idem probatur add. in marg. P1*
 12 defensione] *defencione P1* 13 seu] *p. c. sup. lin. P1* ; aut *a. c. P1*
 16 suscipiunt] *u. scr. sed del. P1* 19 quod¹] *ad propositum add. in marg. P1*
 21 vel] *sup. lin. P1* 24 apostaticus] *apostaticus P1* 27 possunt] *duo*
nota scr. sed del. P1 28 intentum] *inf. scr. sed del. P1* 29 seculares] *ac.*
scr. sed del. P1 33 item] *incidens add. in marg. P1* possit] *potest a. c. P1*

scilicet favor humano et amicitia vel amore carnalis, scilicet non ratione sufficientie persone et profectus ecclesie, sed vel affectione consanguineitatis, scilicet affectione carnis et sanguinis vel affinitatis vel vicinitatis aut patris unitatis aut propinquitatis aut separate
 5 utilitatis proprie, scilicet affectione comodi etc. Nam secundum istam *Decretalem*, talis affectio vel talis ‘humana gratia’ pariter deberet impedire electionem sicut popularis aut militaris tumultus, ad quod viderentur sequi alica obiecto.

Item, notari possunt in verbis *Decretalis, Canonica electione*
 10 *cardinalium et sequentium religiosorum clericorum*, quod expressius habetur illo decreto “In nomine Domini”, ubi sic habetur: “Quod si iniquorum atque pravorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, atque sincera et gratuita fieri in Urbe non possit electio, cardinales episcopi cum religiosis clericis et catholicis laicis, licet
 15 paucis, ius potestatis obtineant, eligere apostolice sedis antistitem, ubi congruerit.” etc. Et in principio illius *Decreti* habetur quod illa synodus in qua hoc *Decretum* fuit sententialiter promulgatum celebrata fuit “presidente reverendissimo ac beatissimo Nicolao Papa” etc. “considentibus etiam reverendissimis episcopis, abbatibus, presbiteris,
 20 dyaconibus”. Ubi notandum ‘considentibus’ non solum presentibus, audientibus etc., sed cum hoc auctoritatem in hac synodo fienda habentibus. Ex quibus patet quod non concordant presentia tempora pristis.

|| Ad propositum redeundo, arguitur ad principale intentum, P1 250v
 25 scilicet quod seculares potestates possunt iurisdictionem infra ecclesiam, et iuridice per consequens possunt repellere intrusum in sedem apostolicam et ab eadem sede depellere. Nam, teste GREGORIUS XI in Consilio Lugdunensi, prout habetur *Extra, De electione*, libro 6: “Ubi maius periculum intenditur, ibi procul dubio est
 30 plenius consulendum.” Sed maius imminet periculum Christianitati ex accidenti deficiente ecclesiastica potestate quam si sacerdos simplex se quibuslibet enormitatibus immisceret. Sacerdos autem simple se immiscens enormitatibus est per principes seculi coercendus, *Extra, De sententia excommunicationis*, capitulo “Perpendimus”, ubi
 35 habetur: de “quodam sacerdote, qui filium regis se presumpserat nominare, et, armis acceptis, seditionem fecit, et a B. comite iussus fuit

1 scilicet²] ratio. *scr. sed del. P1* 3 consanguineitatis] *iter. P1*
 4 vicinitatis] vicinitatis *P1* 7 tumultus] et sic *scr. sed del. P1* 9 item]
 incidens *add. in marg. P1* 18 beatissimo] papa *scr. sed del. P1* 24 ad
 propositum] hiis addendum videtur quas occupationes de *add. in marg. sup. P1*

fustigari; qui postea eius mandato traditus patibulo expiravit.” Igitur, a multo fortiori principes seculares possunt punire et coercere intrusum in sedem apostolicam deficiente ecclesiastica potestate, cum sit “maius periculum”, etc.

5 Item, voluit iura, *Extra, De sententia excommunicationis*, capitulo “Ut fame”: “publice utilitatis est, ut crimina non maneant impunita, ne per impunitatis audaciam fiant qui nequam fuerant nequiores”, quod maxime intelligi debet de criminibus illis que vagantur in dispendium totius Christianitatis, de quorum numero non minimum
10 est presens scisma reputandum et, per consequens, deficiente ecclesiastica potestate est per principes seculi rescindendum et puniendus intrusus in apostolicam sanctam sedem.

Formarique possent rationes multe ex aliis in iuribus seu iure canonico positis, ut est illud, distinctione 83, capitulo “Error” ubi sic habetur:
15 “Error, cui non resistitur, approbatur, et veritas, cum minime defenditur, opprimitur. Negligere quippe, cum possit perturbare perversos, nichil est quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare.”

Et 11, questione 3, capitulo “Nolite” dicitur sic quod “sicut sacerdos debitor est, ut veritatem, quam audivit a Deo, libere predicet, sic
20 laycus debitor est, ut veritatem, quam audivit a sacerdotibus probatam defendat fiducialiter. Quod si non fecerit, prodit veritatem.”

Et 23, questione 3, capitulo ultimo, sic habetur: “Ostendit Propheta nec illos quidem immunes esse a scelere, qui permiserunt principibus
25 Christum occidere, cum pro multitudine potuissent illos a facto, et se a consensu liberare. Qui desinit obviare, consentit.”

Et aliud quod tactum est supra etiam applicatur, quod habetur 23, questione 3, capitulo “Fortitudo”: “Fortitudo, que bello tuetur a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena iustitia
30 est.” Et sic de similibus dictis iuris que possent applicari conclusioni pretacte, videlicet quod, deficiente ecclesiastica potestate, principes seculi possunt reprimere, persequi et punire intrusum in apostolicam sanctam de iure, et per consequens, si possunt de facto, ad hoc tenentur de necessitate sue salutis, que erat conclusio principalis.

7 fuerant] nequientes *scr. sed del. P1* 8 vagantur] vaguntur *P1*
 11 puniendus] intrusus in a. *scr. sed del. P1* 18 facinori] fascinori *P1*
 23 et — capitulo] *iter. sed del. P1* 25 pro] pre *P1* 26 liberare] unde *scr. sed del. P1*
 27 habetur] s. *scr. sed del. P1* 33 sanctam] et per consequens *scr. sed del. P1*

~~Hiis addi posset tangendo quas occupatione debent dimittere principes et alii peragendis.~~

~~Item, redeundum ab obligationem inferiorum potestatum et communitatum in presenti casu.~~

5 Item, ad quandam modificationem obligationum huiusmodi tam omnium fidelium quam prelatorum, etc.

Item, si que obmissa poterunt inveniri utilia ad propositum presens.

Item, numquid principes super hoc debent bella movere.

~~Tandem redeundum ad doctores studiorum.~~

10 || Octavum folium.

P1 251r

Dubium potest moveri: an in presenti casu cunctis fidelibus de necessitate salutis sit credendum sic electoribus, scilicet cardinalibus de vere et rite electo Romano ac supremo pontifice. Seu arguitur pro et contra, ut habetur alibi in quadam lectione scripta, vide.

15 In isto dubio, iuxta processum cuiusdam doctorum in quadam alia materia potest sic argui probando.

Primo, quid sunt a cunctis fidelibus pacifice audiendi. Et arguitur primo sic: quicumque sunt ab aliquibus defendendi pro aliqua causa multo fortius sunt ab eisdem audiendi in eadem causa; sic est de impugnantibus et reprobantibus intrusum in apostolicam sedem et pro papa se gerentem.

20 Probatur primo sic: “qui sancte, rite, et legitime prosecuntur causam omnium fidelium sunt ab omnibus fidelibus iuvandi. Qui enim alicuius negotium gerit utiliter, ab eo favorem meretur et auxilium, aliter enim talis pro quo agitur foret ingratus et nequam non reddens bonum pro bono.” Sed sic est in proposito, cum causa ecclesie sit causa omnium.

25 Confirmatur per hoc quod huiusmodi defensio est opus misericordie. Opera autem misericordie cadunt sub precepto, sicut amor Dei et

1–9 hiis — studiorum] *in marg. inf. P1* 1–4 hiis — casu] istud forsan invenietur infra in obligatione fidelium ad defendendum impugnantium intrusum seu papam hereticum *add. in marg. P1* 2 et alii] *sup. lin. P1* 5–6 item — etc] ista modificatio tractetur in fine totius materie et impugnetur ut sit solum remedium credentia cardinalium de hac modificatione, 5o huius sisterni, prima pagina, vide ibi *add. in marg. P1* 10 octavum folium] *in marg. sup. P1* 11 dubium] deinde numquid eis credendum est sub pena heresis si discordatur absque audi etiam partis adverse *add. in marg. sup. P1* casu] credendum sit *scr. sed del. P1* 13 pontifice] et probatur *scr. sed del. P1* 14 contra] habetur *scr. sed del. P1* 17 et arguitur] redeundo ad materiam de defensione etc. *add. in marg. P1* 18 causa] multis *scr. sed del. P1* 22–26 qui sancte — bono] rationes cuiusdam doctoris Anglicam in alia materia *add. in marg. P1* 23 iuvandi] *sup. lin. P1* 26 causa¹] fidei sit *scr. sed del. P1* 27 defensio] defencio *P1*

proximi, a quibus procedunt huiusmodi opera misericordie. Cadunt sub precepto, et ideo obligant semper, sed non pro semper.

Pro quo autem tempore obligent potest dari exemplum de datione elemosine. Nam ad dandum elemosinam tenetur omnis ille cui ex
 5 parte indigentis apparet evidens et urgens necessitas, nec scit alium quem probabiliter credat velle et posse subvenire huiusmodi pauperis indigentie. Et sic dicendum per omnia de subventionem impugnantium intrusum in apostolicam sedem. Quinymo, qui tempore necessitatis huiusmodi impugnantibus subventionis beneficium denegaret scismatice
 10 perversitatis et, secundum aliquos, heretice pravitatis fautoriam incurreret et lambetur in peccatum mortale, nec posset ab hoc aliquis, nisi per impotentiam subveniendi.

Unde, ut videtur, quilibet catholicus et fidelis tenetur de necessitate salutis omni modo sibi possibili et congruenti defendere impugnantes
 15 intrusum zelo ecclesie catholice et fidei orthodoxe quando constat evidenter sibi quod indigent necessario et imminet periculum ecclesie catholice, si non apareat alius impromptu qui velit et possit iuvare. Et sic principes seculi deficiente ecclesiastica potestate modis predictis tenerentur ad huius defensionem impugnantium intrusum de necessitate
 20 salutis.

Et si obiciatur de impugnantibus intrusum malo zelo, puta affectione carnali, patriali, vel odio personali vel affectione proprii comodi, non zelo ecclesie vel fidei, dicendum quod nullus debet presumere tales moveri malo zelo seu mala intentione, nisi constaret legitime, et adhuc,
 25 si constaret eos moveri mala intentione, et immineret periculum ecclesie, zelo ecclesie non ipsorum tales impugnatores essent defendendi.

Et si queratur propter quale periculum imminens sunt huiusmodi impugnatores defendendi etc., potest dici quod propter periculum periclitationis fidei et unitatis ecclesie imminens orbi, regioni, regno,
 30 civitati vel etiam soli homini, si aliquid appareat verisimiliter averti a fide aut ecclesie unitate propter tale in qui vel in quam periculum sunt huiusmodi impugnatores defendendum, ut videtur.

Ad principale propositum arguitur ulterius sic: nisi pro conservatione humane societatis est impendendum auxilium; sed scisma presens et
 35 presidentia intrusi est impedimentum humane societatis; igitur etc. Minor nota. Et maiorem satis notant verba Salvatoris, *Matthei 12: Omne regnum in se divisum desolabitur*. Et iterum: *Qui non est mecum,*

1 procedunt] sub *scr. sed del. P1* 19 defensionem] defencionem *P1*
 22 comodi] *sup. lin. P1* 29 periclitationis] *sup. lin. P1 ; iter. in marg. P1*
 33 ad principale] Michael de Sesanna *add. in marg. P1* 34 humane] *sup. lin. P1*

contra me est; et qui non colligit mecum, dispargit. Unde hec ultima verba potest dicere ‘verus summus pontifex intruse et suis sequacibus’, et prima verba ‘omne regnum’ etc. satis notant periculum dampnationis ex scismate surgere possibilis, et per consequens, de necessitate salutis taliter scismati est obviandum per exprehensionem intrusi potissime, aut alio quamvis modo licito. Et sic per consequens, obviantes tali scismati et intruso scismato et suis sequacibus sunt a catholicis defendendi. Ipsos enim non defendendam sunt contra ipsos, iuxta secundum dictum Salvatoris: *qui non est mecum*, etc.

|| Adhuc redeundo ad rationem, scilicet confirmatione prime rationis (ponantur ante precedentem rationem), de operibus misericordie, de quorum numero videtur esse defensio talium impugnantium intrusum, quia videtur non sufficiens, quia pariter defendentem intrusum esse defendendum, quia opera misericordie sunt impendenda et bonis et malis. Unde Salvator inquit: *Estote misericordes sicut Pater vester misericors est.* Ipse autem Pater celestis *solem suum facit super bonos et malos.*

P1 251v

Huic obiectioni respondetur quod, quamvis malis sint opera misericordie impendenda, non tamen omnia sunt eis exhibenda semper. Et enim, licet apud iudices pro non puniendum reis intercedere licitum sit, non tamen pro sceleratis et incorrigibilibus liberandis debet quisquam intercedere, 23, questione 4, capitulo “Est iniusta misericordia”. Similiter licet defencio sit opus misericordie, non tamen exhibenda est impugnantibus fidem, sed bene eam defendentibus. Sic est dicendum: defencionem exhibendam impugnantibus intrusum et agentibus pro ecclesia, non econtrario agentibus vel defendentibus intrusum.

Uterius, si obiciatur quod ista defencio pertinet ad solos superiores et iudices ecclesiasticos et seculares, sicut ad ipsos solos pertinet punire malos, et per consequens, defendere bonos per simile.

Huic obiectioni respondetur dicendo quod aliquod genus defencionis pertinet ad iuridictionem habentem, ut est plectere delinquentes; sed sunt alii modi defencionum aliis non habentibus iuridictionem competentes. Aliquando enim quis defenditur a violentiis solis precibus,

4 surgere] surcere P1 possibilis] sup. lin. P1 salutis] sup. lin. P1
 5 obviandum] et ob add. sed del. P1 10 adhuc] obiectio quedam add. in marg. P1 10–11 scilicet — rationem] in marg. sup. P1 11 de²] sup. lin. P1
 12 defencio] defencio P1 13 videtur] sup. lin. P1 14 bonis] un. scr. sed del. P1 16 est] sup. lin. P1 18 huic] responsio add. in marg. P1
 27 ulterius] alia obiectio add. in marg. P1 30 huic] responsio add. in marg. P1

de quo modo habetur 87 distinctione, capitulo “Eos, qui”, ubi dicitur sic: “Eos, qui ad ecclesiam confugerint, tradi non oportere, sed loci sancti reverentia et intercessione defendi.” Et sic preter defensionem que fit armis, multi sunt modi alii defendendi et iniuriam propulsandi, scilicet
 5 argumentis allegando pro aliquo contra alium, vel verbis exortando preceptis, aut prohibitionibus coercendo, occultando vel non prodendo, aut in domum vel alium locum tutum recipiendo, et sic de similibus.

Ad idem argui potest: quilibet tenetur, si potest defendere quemcumque iniuriam patientem. Igitur, a multo fortiori, quicumque
 10 debet defendere iniuriam patientem pro causa ecclesie, qualis est ea impugnatio intrusi in apostolicam sedem. Consequentia nota. Probatur assumptum multis auctoritatibus sanctorum patrum. Unde 83 distinctione capitulo primo: “Non grandis est differentia, utrum letum inferas, vel admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui
 15 hanc, cum possit, non excludit”, maxime quoad prosequentem causam iustam et tangentem bonum commune, ut hic.

Ad idem assumptum est AMBROSIUM, 86 distinctione, capitulo “Non satis”, ubi sic habetur: “Non satis est bene velle, nisi assit bene facere. Nec satis est iterum benefacere, nisi ex bono fonte, id est
 20 bona voluntate proficiscatur. Item, perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris ut circa domesticos fidei. Grandis culpa est sciente te, si fidelis egeat, si sciens eum sine sumptu esse, famem tollerare, erumpnam perpeti, qui presertim egere erubescit, si in causam ceciderit, si in captivitatem sui vel filiorum suorum, et non
 25 adiuves, si sit in carcere potius et penis, suppliciis, propter debitum aliquod iustus excrucietur, (nam etsi omnibus debetur misericordia, iusto amplius), si tempore afflictionis sue nichil a te inpetret, si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia valeat quam vita morituri, non est leve peccatum.”

Propter quod idem, eadem distinctione, capitulo “Pasce” concludens expressius in casu pro consilio preceptum communicatur, dicens: “Pasce fame morientem. Quisquis enim in pascendo hominem servare poteris, si non paveris, occidisti.” Et eodem modo posset dici de impugnantibus intrusum, si inde paciantur vel moriantur non defendentem, ad hoc
 35 potentes dicendi sunt occisores.

Ad idem assumptum est INNOCENTIUS III, prout habetur *Extra, De sententia excommunicationis*, capitulo “Quante” dicens sic dictus:

8 potest² | q. scr. sed del. P1 33/33-34/3 et eodem — assumptum | ista tacta sunt supra, de obligatione fidelium ad remedium presentis scismatis *add. in marg. P1*

si “facientes et consentientes pari pena plectendos catholica condempnat auctoritas, eos delinquentibus favere interpretans, qui, cum possint, manifesto facinori desinunt obviare.” Ex hiis clare patet assumptum.

Sequentia et similia possent poni non solum ad oppositionem
 5 obligationis ad defencionem, ymo ad oppositum generalis obligationis ad obviandum scismati. Materia vero de correctione est pro huiusmodi generali obligationem.

|| Nonum folium.

P1 252r

Sed posset dici predictas auctoritates et similes intelligendas
 10 de iudicibus et prelatis habentibus potestates super alios, non de inferioribus, qui nullam potestatem habent super iniuriantes. Et probatur hoc auctoritate AUGUSTINI, que ponitur 23, questione 4, capitulo “Forte” ubi dicitur sic: “Forte in populo Dei stat iuxta te avarus, raptor, inhians rebus alienis, quem nosti talem, et fidelis est, vel
 15 potius fidelis vocatur. Non eum potes de ecclesia pellere, non habes aliquem aditum castigando et corripiendo illum corrigere, accessurus est tecum ad altare. Noli timere: unusquisque onus suum portabit.” Et infra: “Sane si iudex es, si potestatem iudicandi accepisti, ecclesiastica regula, si apud te accusatur, si veris documentis testibusque convincitur,
 20 coherce, corripe, excommunica, degrada.” Ex quibus verbis sequi videtur quod perversorum cohercio, et per consequens, iniuriarum repulsio et iniuriandorum defencio, ad solos superiores et iudices pertinet.

Uterius instatur contra supradicta quod socius non teneatur defendere socium. Nam, si sic, sequitur quod, si quis videret verberari
 25 clericum, si non eum defenderet, excommunicationis sententiam incurreret, iuxta illud dictum supra, 83 distinctione, capitulo primo: “Non grandis est differentia”, etc. et INNOCENTII, *Extra*, *De sententia excommunicationis*, capitulo “Quante”. Consequens est inconueniens, ut dicit *Gloza* ibidem, et probatur: nam nullus excommunicatur ex
 30 facto alterius, nisi participando vel in locutione, vel in oratione aut in crimine, supra eodem, “Nuper”, nisi eius mandato fiat aut auctoritatem prestando, supra eodem, “Mulieres”.

Ad idem potest adduci ratio quam innuit *Gloza*, ubi supra, et eandem tangit *Gloza*, 23, questione 3, capitulo “Non inferenda”, que

1 si] *sup. lin.* P1 3 facinori] fascinori P1 4–7 sequentia — obligationem] *in marg. inf.* P1 5 generalis] *dub.* P1 8 nonum folium] *in marg. sup.* P1
 9 sed] quod inferiores non teneantur ad huiusmodi defencionem arguitur *add. in marg. sup.* P1 20 verbis] quod *scr. sed del.* P1 23–32 ulterius — mulieres]
 pone hic et infra proximo loco socii *add. in marg.* P1 socii^{ad} ulterius — mulieres] *dub.* P1

potest formari sic: nullus tenetur de necessitate salutis pro quo potest ex pacto pecuniam recipere, quia illud ad quod quis tenetur de necessitate salutis absque omni pacto debet gratis impedire, sed pro defensione socii quis potest ex pacto licite pecuniam recipere quam non tenetur restituere, igitur ad hoc de necessitate salutis non tenetur.

Ad idem, non magis tenetur socius socium defendere quam teneatur medicus infirmi periclitantem gratis curare. Sed medicus non tenetur ad hoc, quia de suo nemo tenetur invictus facere vel prestare beneficium, 10, questione 2, capitulo “Precarie”, igitur medicus non tenetur, etc.

Ad idem, defencio est quedam militia vel aliquid simie militie, sed nullus tenetur propriis stipendiis militare, teste Apostolo, I Corinthiorum 9: *Quis militat propriis stipendiis?* quasi dicens ‘nullus’.

Item, defendere socium vel proximum est benefacere, sed nemo tenetur necessitatus benefacere, sed tantum gratis benefaciendum est, 15, quia per leges nemo cogitur benefacere quamvis malefacere prohibeatur, ut testatur AUGUSTINUS *Contra Pelitianum*, et ponitur 23, questione 5, capitulo “Ad fidem”.

Sed oppositum, videlicet quod socius socium seu proximus proximum defendere teneatur, potest probari rationibus sumptis ex auctoritatibus alibi supratactis. Unde AMBROSIIUS, ubi supra, dicit quod “Qui non repellit iniuriam a socio, si potest, tam reus est vel tam in vicio est quam ille, qui facit.” Et si respondeatur quod *Gloza* dicit super illo verbo “‘si potest’, id est, si est in potestate positus”. Ostendi potest *Gloza* contradicere textu, si dictis AMBROSII super allegatis “si tempore periculi, quo quis rapitur ad mortem” etc.

Ista est sententia SALAMONIS, qui, secundum IERONIMUM, parvulum docet, et non ad solos superiores loquitur, *Proverbiorum* 24: *erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses*. Et per consequens, ut videtur, si quis hoc facere potest, tenetur ad illud de necessitate salutis.

Igitur posset alia, quia non minus tenetur socius socium defendere iniuste pacientem quam teneantur viri ecclesiastici reos sanguinis defendere ad ecclesiam confugientem, sed etc. Patet supra, et habetur etiam 23, questione 5, capitulo “Reos sanguinis defendat ecclesia”, ubi *Gloza*: “omnes confugientes ad ecclesiam tenentur defendere ut 17, questione 3, capitulo ‘Reum’, et hoc verum est sive rei sint sive non.” Et tamen subiungit GREGORIUS, scilicet quod viri ecclesiastici ad hoc tenentur “ne effusione sanguinis participes fiant”. Et hec eadem causa locum habet in proposito de defencione socii vel proximi in eo qui potest

1 tenetur] ad scr. sed del. P1
sup. lin. P1

18 oppositum] iter. in marg. P1

33 sed]

prohibere effusionem sanguinis.

Ad idem induci potest ELEUTERIUS, 2, questione 7, capitulo “Negligere, cum possit perturbare perversos” etc.

Sequitur de correctione.

5 Ex dictis de correctione fraterna poterit inferri quod quilibet pars, tam sana quam errans, tenetur de necessitate salutis alteri parti, ymo quilibet alicuius partis tenetur cuilibet alterius partis, ad fraterna correctionem. Probatio: pars recta erranti, quia tenendi* quisque proximum revocare ab errore, et econverso, pars errans, quia exterminat
10 in conscientia sua alteram partem errare, etc.

|| Ad idem, ille tenetur defendere socium seu proximum iniuriam patientem, qui tenetur corripere in iniuriam inferentem; sed ad secundum quisque tenetur, igitur ad primum tenetur quisque, etc.

P1 252v

Patet maior, quia quicumque corripiens in iniuriam inferentem,
15 quantum in se est, defendit patientem. Minor probator auctoritatibus. Unde AUGUSTINUS *De verbis Domini*, et habetur 23, questione 4, capitulo “Tollerandi”, ubi inquit AUGUSTINUS: “Tollerandi sunt quidem mali pro pace, nec ab eis corporaliter recedendum vel recedatur; sed spiritualiter autem exire est facere quod pertinet ad correctionem eorum,
20 scilicet malorum, quantum licet cuique pro gradu, salva pace.” Ubi dicit *Gloza* super illo verbo “pro gradu”: “id est pro dignitate, officio. Aliter enim debent prelati corrigere delinquentes, alio modo socii. Prelatus enim corrigit increpando, verberando, ut infra, eadem questione, capitulo ‘Forte’. Socius vero admonendo, reprobando factum, ut infra, eadem
25 questione 9, capitulo ‘Ecce’.”

Hoc idem videtur dicere AUGUSTINUS *Super epistolam Iohannis*, et habetur 23, questione 5, capitulo “Non putes” ubi dicit: “Non putes, te tunc amare servum tuum, quando eum non cedis, aut amare filium, quando non das disciplinam, aut amare vicinum tuum, quando non
30 corrigis. Non est ista caritas, sed languor caritatis. Ferveat caritas ad emendandum et corrigendum. Si sint boni mores, delectent; si sunt mali, emendentur.”

Et ANACLETUS Papa, 24, questione 3, capitulo “Tam sacerdos” ait ita: “Tam sacerdotes quam reliqui fideles omnes summam debent habere

4–10 sequitur — etc.] in marg. inf. P1 6 parti] a. scr. sed del. P1
9 exterminat] extermiat P1 11 ad] argumentum de defensione per correctionem
iniuriantis add. in marg. sup. P1 17 tollerandi] 1 add. in marg. P1
18 recedendum] sed scr. sed del. P1 19 spiritualiter] iter. P1 26 hoc] 2
add. in marg. P1 33 et] 3 add. in marg. P1 34 tam] iter. P1

curam de hiis, qui peccant, quatinus eorum redargutione aut corrigantur a peccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separentur.”

Ad omnes ergo pertinet corrigere eos qui inferunt in iniuria inpuignantibus intrusum.

5 Ad hoc inducitur sanctus THOMAS, *Secunda secunde*, questione 33, articulo 3, dicens quod “duplex est correctio. Una que est actus caritatis,” etc. “alia que est actus iustitie,” etc. Et habetur hoc primo sisterno, huius tertio folio.

10 Item, ad principale arguitur, scilicet quod quilibet teneatur ad huiusmodi defencionem inpuignantium intrusum, si immineat periculum. Et possit apponi remedium, quia non minus indiget defendi contra violentem iniuriari constitutus in periculo quam esuriens cibarii et siciens potari et nudus vestiri etc.

15 Ad hoc possunt induci exempla de Abraham, *Genesis* 14, qui quamvis non haberet iuridictionem in capientes Loth, fratrem suum, tamen non solum defendit Loth contra ipsos, ymo irrui in eos et percussit.

20 Secundum potest esse de Moyse, qui Hebreum percussum ab Egiptio non solum defendit, ymo occidit Egiptium, *Exodo* 2, de quo AMBROSIVS, et habetur 23, questione 3, capitulo “Non inferenda”, dicens: “Unde sanctus Moyses hinc prius orsus est temptamenta bellice fortitudinis. Nam cum vidisset Hebreum ab Egiptio accipientem iniuriam, defendit eum ita, ut Egiptium prosterneret, atque in arena absconderet.” Et tamen nec super Hebreos, nec super Egiptios tunc Moyses iuridictionem
25 habuit.

Item, de eodem Moyse scribitur eodem capitulo quod septem filias sacerdotis Madyan defendit a pastoribus, cum tamen nec super puellas, nec super pastores haberet iuridictionem.

30 Aliud exemplum est de Raab meretrice que, ut habetur *Iosue* 2, exploratores Israel abscondendo defendit.

Aliud exemplum potest poni de Petro qui Christi iniuriam movendo arma repellere satagebat, qui non pro eo quod sic voluit agere a Christo reprehensus est, sed quia videbatur hesitare an Christus aliter quam per arma posset liberari vel defensari. Unde Christus ad Petrum: *putas*
35 *ne possum rogare Patrem, exhibebit michi plus quam duodecim legiones angelorum?*

3 ad] ad propositum principale *add. in marg. P1* 5 ad] 4 *add. in marg. P1*
6 3] *sup. lin. P1* 14 ad] exempla *add. in marg. P1* 18 secundum] *iter. in*
marg. P1 21 orsus] orssus *P1* 26 item] 3 *add. in marg. P1* 29 aliud]
4 *add. in marg. P1* 30 defendit] *sup. lin. P1* 31 aliud] 9 *add. in marg.*
sed del. P1 ; 5 *add. in marg. P1* potest] de *scr. sed del. P1*

Aliud exemplum potest poni de discipulis Damasci qui, ut legitur *Actuum* 9, beatum Paulum accipientem nocte propter insidias Iudeorum per murrum dimiserunt in sporta et sic eum defenderunt contra Iudeos volentes eidem Paulo inferre iniuriam, quinymo forsan mortem.

- 5 Ad rationes partis adverse, probantes huiusmodi defencionem iniuriandorum et correctionem et propulsationem iniuriatorum seu iniuriari volentium ad solos superiores pertinere, potest dici primo, ad AUGUSTINUM, 23, questione 4, capitulo “Forte”: “Forte in populo Dei stat iuxta te avarus, raptor,” etc. Non probant nisi correctioni caritativam
10 obmittendam ubi non proficeret, sed potius deterioraret conceptum. Sic etiam realis defencio in iniuriandi vel passivi iniuriam obmittenda verba verisimiliter timeretur aggravari etiam iniuriam. Sed, ut dicit OKAM et frater MICHAEL DE SENANNA, sicut subditi peccant mortaliter, si timore
15 pertendi temporalia, aut humano favore, aut propter aliquod temporale periculum evitandum, aut aliquod bonum terrenum, seu commodum assequendum, socios, proximos aut prelatos negligunt secrete caritative corrigere, cum probabiliter putant quod possunt eos a peccato retrahere, ita peccant mortaliter quicumque non prebent succursum in periculis
20 constitutis, aut non impediunt defencionem patientibus in iniuriam. Ad hoc indicitur THOMAS, *Secunda secunde*, questione 33, articulo 2, ponens “quod correctio tripliciter obmitti potest.”

|| Decimum folium.

P1 253r

- Et uno tantum modo illorum sine peccato et ex caritate, prout dicit AUGUSTINUS I *De civitate Dei*: “si propterea quisque obiurgandis et
25 corripiendis malis parcit, quia oportuni tempus inquiratur vel quia de eis metuit, ne deteriores efficiantur, vel ne ad bonam vitam et piam erudiendos impediunt infirmos, perimant atque avertant a fide: non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium caritatis.”

- 30 Aliis vero modis obmittens correctionem fraternam peccant, et per consequens, quicumque potens ad hoc tenetur corripere delinquentes, et per consequens, tenetur inpugnantem et reprobantes intrusum in apostolicam sanctam sedem et corripiendo eorum persecutionem.

Et non solum superiores et iudices tenentur ad defencionem talium, ymo quicumque etiam inferiores, modo eis possibili et congruenti. Unde

1 aliud] 6 add. in marg. P1 8 dei] sup. lin. P1 12 aggravari] agravari P1
sed] opinio vel conclusio rigorosa istorum est add. in marg. P1 16 caritative]
caritativie P1 19 iniuriam] p. c. in ras. P1 22 decimum folium] in marg.
sup. P1 28 caritatis] exl. scr. sed del. P1 31 tenetur] defendere scr. sed
del. P1 33 et¹] per hoc respondetur ad secundam rationem add. in marg. P1

Gloza, Extra, De sententia excommunicationis, capitulo “Quante” super verbo Innocentii “interpretans” que sic dicit: “videtur peccare omnis qui non defendit alium si potest, 23, questione 3, capitulo ‘Non inferenda’ et capitulo ultimo. Si non possit aliter defendere, defendat
5 clamore”, et infra: “si ego qui non habeo potestatem aliquam, video quod aliquis velit verberare clericum, vel percutere, sine meo consilio vel auxilio, non credo quod sim excommunicatus si non prohibeo illum, licet forte aliter peccem quia non defendo cum possim.” Ex quo patet ad secundam rationem responsio.

Ad tertiam rationem que assumit talem maiorem ‘nullus tenetur ad illud pro quo potest ex pacto pecuniam licite recipere’, negatur ista, quia, si quis videret alium in casu necessitatis extreme prefatum, posset sibi vendere panem licite, et tamen, si talis non haberet unde emeret vel nollet emere, ille teneretur sibi dare. Sic in proposito, licet accipere
15 pecuniam pro defensione socii etc. Et tamen aliter quis tenetur ad defensionem huiusmodi de necessitate salutis, si non apparet alius qui possit et velit defendere et ipse non potest se defendere, non teneretur quis ad hoc de necessitate salutis. Et sic apparet de defensione socii et subventionem.

Ad quartam, conceditur quod medicus tenetur de necessitate salutis curare gratis infirmum. Unde *Gloza*, distinctione 83, capitulo “Providendum” super verbo “inferas” dicit *Gloza*: “patet hic quod medicus debet gratis curare pauperem infirmum, et plus debet apud eum vita illius quam propria pecunia ut 86 distinctione, capitulo ‘Non
25 satis’. Sed quis si infirmus dives est et nichil vult dare medico. Numquid gratis tenetur ipsum curare, cum nemo de suo cogatur facere beneficium, ut 10, questione 2, capitulo ‘Precarie’, cum etiam medicus possit licite recipere mercedem, ut 14, questione 5, capitulo ‘Non sane’, dico quod tenetur eum curare suis impensis, et si convalueris repetat expensas,
30 quia utiliter gessit negotium.” Videatur tota glossa, si placet.

Ex hiis respondetur ad id quod addantur de *Gloza*, 10, questione 2, “Precarie”, ubi dicitur quod “nemo debet cogi de suo facere beneficium.” Nam *Gloza* allegantur tractare, quia verba illius sunt hec: “cum ratio et usus optineat neminem cui non vult cogi de proprio facere beneficium.”
35 Sepe autem lege divina nature et humana quis tenetur facere beneficium, puta defendere socium et tamen non est ad hoc cogendus, ut notum est.

7–8 si non — peccem] *iter. P1* 15 quis] *sup. lin. P1* 17 ipse] *ipsec P1* 30 placet] *pariter posset dici de advocatio, ut videtur et ceteris multis add. in marg. P1* 31 gloza] *20 scr. sed del. P1* 33 hec] *p. c. P1*

Ad quintam, scilicet auctoritatem apostoli, ‘nemo propriis stipendiis militat’, dici potest regulam apostoli deficere in casu quo quis militando potest salvare vitam alterius, qui sibi non potest aut non vult dare stipendia. Nam de lege nature ac divina quilibet recipit preceptum
 5 de sociis defendendis seu proximis a periculo et iniuria liberandis, quod preceptum plus obligat quam quaecumque stipendia temporalia ac corporalia.

Ad ultimum que dicitur quod per leges nemo cogitur benefacere, conceditur hec, sicut iacet, quia AUGUSTINUS subdit post: “benefacere
 10 nemo potest, nisi elegerit, nisi amaverit, quod est in libera voluntate.” Potest tamen quis cogi facere bonum. Et ideo *Gloza* super illo verbo “cogimini” dicens “qui ex timore benefacit, reputatur non facere” exponenda est ‘qui ex timore benefacit’, id est bonum facit, ‘reputantur non facere’, scilicet bene. Unde AUGUSTINUS, ut allegatur *Extra, De regula iuris*, capitulo “Qui ex timore”, inquit: “Qui ex timore facit
 15 preceptum, aliter quam debeat facit.”

“Oderunt peccare boni virtutis amore; oderunt peccare mali formidine pene.”

|| Probatur, quod quilibet catholicus seu omnes catholici tenentur
 20 defendere taliter impugnantes intrusum in apostolicam sanctam sedem, quia “qui occasionem dampni dat dampnum dedisse videtur”, *Extra, De iniuriis et dampno dato*, capitulo “Si culpa”. Modo, non defendentem etc. dant occasionem huiusmodi persecutionis. P1 253v

Probatur, quia non solum committendo seu agendo positive ad
 25 dampnum dandum quis ‘dat occasionem dampni’, ymo obmittendo et non impediendo dampnum dandum. Ad hoc inducitur GREGORIUS IX, *Extra, De iniuriis et dampno dato*, capitulo “Si culpa” sic dicens: “si culpa tua datum est dampnum vel iniuria irrogata sive aliis irrogantibus forsitan opere tulisti, aut hec imperitia tua sine negligentia
 30 evenit iure super hiis satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat, si ex facto tuo scire potuisti iniuriam vel iacturam posse contingere,” etc. Sequitur ad propositum, ut videtur: “sane licet qui occasionem dampni dat dampnum videatur dedisse; secus tamen dicendum est de illo qui, ut non accideret, de contingentibus”. Qui igitur de contingentibus

4 quilibet | *iter. P1* 10 voluntate | *Contra Marcilinum add. in marg. P1*
 12 dicens | *dicat a. c. P1* 17–18 oderunt peccare boni — pene | *in marg. inf. P1*
 40/19–41/13 probatur quod quilibet — obmittenda | *del. cum vacat P1*
 19 probatur | sequitur adhuc de defensione prestanda impugnantibus intrusum etc. a 49; ab hiis qui etiam tenentur, si possent, eundem pro vitibus impugnare *add. in marg. sup. P1* 22 dampno | *dampnis a. c. P1*

obmittit, dampnum dedisse videtur. Et hoc verum est, si obmittat de contingentibus aliquid vel aliqua quod vel que tenetur non obmittere, ymo illa ne accedant pericula tenetur comittere vel agere, ut patet ex lege divina, *Exodo 21: Si bos cornu petierit virum aut mulierem, et mortui fuerint, lapidibus obruetur; et non comedentur carnes eius,*
 5 *dominusque bovis innocens erit. Quod si cornupeta fuerit bos ab heri et nudius tertius,* etc. Et sic patet quod, ex non reclusionem bovis que dominus non tenetur recludere, mors sequatur, domino bovis non imputabitur mors secuta; et, si ex non reclusionem bovis quem tenetur
 10 recludere sequatur mors dominio bovis, imputabitur huius mors. Sic in proposito, si ex obmissione defensionis quam quis personis tenetur, sequitur mors, etc. Et sic patet quod ista ratio petit principum, ideo obmittenda.

Potest aliter ostendi quod tales sint liberandi a morte patet, et
 15 tactum est quod ita fiendum est de quolibet proximo per illud quod habetur *Proverbiorum 24: Erue eos qui ducuntur ad mortem,* etc. Hoc idem videtur asserere AUGUSTINUM, ut legitur 23, questione 4, capitulo “Ipsa pietas” ubi sic dicitur: “Si duo aliqui in una domo simul habitarent, quam certissime sciremus ruituram, nobis que illis prenunciantibus
 20 nollent credere, atque in ea manere persisterent, si eos inde possemus eruere invitos, quibus ruinam demonstravimus imminentem, ut ulterius redire vel residere sub eius periculo non auderent, puto, nisi faceremus, non inmerito crudeles iudicaremur. Porro, si unus illorum nobis diceret, quando intrabitis eruere nos, memetipsum
 25 continuo trucidabo; alter nec exire, nec erui inde vellet, sed neque necare se auderet; quid eligeremus, utrum ambos ruina opprimendos relinqueremus, aut, uno saltem per nostram operam liberato, alterum non nostra culpa, sed sua potius interire permetteremus? Nemo est tam infelix, qui non quid fieri in talibus rebus fieri oporteat facillime iudicet.
 30 Item post pauca: Quod si plurimi essent in domo ruitura, et inde saltem unus liberari posset, atque, cum id facere conaremur, alii semetipsos precipitio necarent, dolorem de ceteris, verum de unius salute saltem consolaremur; non tamen, ne se ipsos alii perderent, perire universos

2 aliqua] ad scr. sed del. P1 3 pericula] sup. lin. P1 4 bos] s. scr. sed del. P1 9 si] sup. lin. P1 10 mors] simili scr. sed del. P1 11 si] sup. lin. P1 quis personis] in ras. P1 ; dub. P1 12 et] petitio principii add. in marg. P1 14 a morte patet] sup. lin. P1 16 hoc] valet ad principalem de obligatione fidelium etc. et de papa et cardinales, et pro illo puncto sumatur add. in marg. P1 21 ruinam] premine scr. sed del. P1 31 conaremur] p. c. P1
 32 dolorem] doloremus P1

nullo liberato permitteremus.”

Patet ex hiis obligatio fidelium ad salvandum aliquem vel aliquos a morte corporali, et per consequens, a morte casnali, quis tenetur defendere impugnatores etc.

5 Deinde posse ac adduci ad eandem rationes fundate in auctoritatibus multe que tacte sunt supra, primo sisterno, secundo folio, prima pagina, et infra adducte ibidem ad propositum obligationis cunctorum fidelium ad remediandum presenti scismati. Videantur
10 ibidem que quidem rationes possunt applicari ad probandum hic intentum, scilicet obligationem ad defencionem impugnantium intrusum in apostolicam etc.

|| Undecimum folium.

P1 254r

Quod impugnatores intrusi in apostolicam sanctam sedem et pro papa se gerentis sunt a cunctis fidelibus audiendi de necessitate salutis.
15 Probatur primo sic: omnis homo velox ad audiendum debet illis amen prebere qui impugnant intrusum antichristum etc. Sed *omnis debet esse velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, Iacobi 2*. In hac congruentia equaliter obligatur quisque ad cito audiendum, sicut ad tarde loquendum, ut notum est. *Fidem enim est ex auditu, Apostolis*.
20 “Auditus etiam est discipline principium”, secundum PHILOSOPHUM.

Confirmatur, quia omnis debet esse velox ad audiendum illa que videntur sibi utilia et toti communitati fidelium, sic de huiusmodi intrusione, igitur etc. Item, omnis debet libenter audire que sibi et toti communitati fidelium sunt cavenda et vitanda quia non evitatur
25 malum nisi precognitum et minus iacula ferunt que previdentur. Nec in dubiis recte iudicatur nisi utraque pars audiatur. Unde in quibus curiis scribitur: “audi aliam partem.” Item, omne illud debet quilibet catholicus libenter audire quod, cum sibi denunciatur veritatis, tenetur inquirere veritatem. Sic est de huiusmodi intrusione.

30 Confirmatur hec probatio vel ratio per illud quod legitur *Deuteronomio 13: si audieris in una urbium tuarum etc. dicentes aliquos egressi sunt filii Belial de medio tui et averterunt habitatores terre tue, atque dixerunt ‘Eamus et serviamus diis alienis quos ignoratis; quere sollicitate et diligenter, rei veritatis perspecta, si inveneris certum esse*

1 permitteremus] quasi dicens *scr. sed del. P1* 2 patet] *sup. lin. P1*
5 posse ac] *sup. lin. P1* eandem] *que add. sup. lin. P1* 12 undecimum folium] *in marg. sup. P1* 13 quod] *conclusio add. in marg. P1* ; sequitur de obligatione ad audientiam talium etc.; vidende concordantie de audire, credere, defendere et similibus *add. in marg. sup. P1* 23 audire] *iter. P1* 32 egressi] *egresi P1* 33 alienis] *que est scr. sed del. P1*

quod dicitur abhominatorem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores urbi illius, etc.

Sic in proposito, audita et comperta abominatione intrusionis alicuius in sanctam sedem apostolicam et in iusta obedientia eidem exhibita debet
 5 reprobatio, impugnatio, persecutio intrusi, et complicum, et sequacium suorum. Sed hec omnia precedit auditus, etc. reprobantium et paratorum instruere ignorantes de re veritate. sic videtur Iob fecisse, unde *Iob* 20: *causam quam nesciebam diligenter investigabam*. Hinc Salomonem ait, *Proverbiorum* 25: *gloria regum est investigare sermonem*, que
 10 investigatio sit per auditum etc.

Huiusmodi autem investigatio de intrusione non solum pertinet ad superiores, prelatos et iudices, sed ad quoslibet privatas personas catholicas, quia, sicut est duplex una auctoritatis potestative per
 15 presentiam punitioni, et hec pertinet et superiores in sublimitatibus constitutos, alicui est fraternitatis caritative per simplicem admonitionem, et hec pertinet ad omnes habentes seu habere debentes caritatis, quia unicuique precipitur amovere malum vel nocumentum proximi sui subditi vel prelati, si potest. Sic etiam est duplex inquisitio sive
 20 inquisitio peccati: alterius una potestativa et iudicialis, altera caritativa fraternalis ad quam quilibet tenetur respectu proximi sui, iuxta illud Apostoli, *Romanos* 12: *caritatem fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prevenientes, sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino servientes*, aliter, corripite invicem.

Item, quilibet pro omnibus tenetur habere curam et sollicitudinem, ut notat Apostolus in pluribus locis, unde *I Corinthiorum* 12 ad hoc inducit similitudinem membrorum et corporis, dicens: *sicut enim corpus unum* etc. usque ibi: *numquid omnes linguis locuntur numquid omnes interpretantur*. Ubi dicit *Gloza*: “quasi dicens ‘non’, sed qui hoc non
 30 habet in se, si amat in aliis, habet affectum diligendi et merendi, non affectum habendi quod est in alio.” Propter quod ante *Gloza* dicebat: “non sit scisma, id est discordia, in corpore, vel in Ecclesia ubi debet esse unitas, sed omnia membra sollicita sint pro rebus agendis. Pro invicem sollicita sint dico, ita ut tendant in idipsum, ut non minus pro alio quam pro se sollicita.” Sint scilicet membra Ecclesie omnes fideles catholici.

35 Et *Ad Ephesios* 4 sic inquit Apostolus: *obsecro vos fratres ego*

3 comperta] intru. scr. sed del. P1 8 salomonem] ill. scr. sed eras. P1
 11 huiusmodi] infrascriptum posset applicari ad principalem conclusionem, ut patet
 add. in marg. P1 de intrusione] sup. lin. P1 16 pertinet] ill. scr. sed eras.
 P1

vinctus in Domino, etc. usque ibi: *crescamus in illo, qui est caput Christus; ex quo totum corpus compactum et conexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in edificationem sui*
 5 *in caritate*. Ex quibus verbis patet quod, sicut omnes se debent invicem supportare, ita omnes debent pro invicem esse solliciti, ne unitas spiritus rumpatur in eis. Unitas autem spiritus rumpitur in casu, ut notum est, igitur omnes fideles et catholici debent in hoc casu pro invicem mutuo esse solliciti et audire, etc.

10 *Debetis alter alterius lavare pedes*. Concordie de alter habende, et *De hereticis principaliter*.

Pro proximum fraterna correctione in formatione pro peccantis publice, publica reprehensione pro sui ipsius ductione, principaliter quia “ordinata caritas a seipso incipit”.

15 || Item, ut videtur universa multitudo fidelium seu Christi universi fideles non solum tenentur audire volentes declarare iniustitiam intrusi in apostolicam sanctam sedem, ymo tenentur pro hoc ad dimittendum occupationes suas multas. Unde in hoc casu iudicandum est sicut de aliis actibus cadentibus sub preceptis affirmativis, que obligant semper seu
 20 ad semper, sed non pro semper, scilicet pro loco et tempore, cum aliis circumstantiis requisitis. Et ideo non est facile in speciali dare certam regulam quo tempore de necessitate salutis teneantur fideles catholici audire volentes declarare iniustitiam intrusionis et perversitatem intrusi.

P1 254v

Potest tamen dici rationabiliter quod tunc unusquisque fidelis tenetur
 25 ad hoc quando non habet rationabilem excusationem, quare eos pro tunc minime audire teneatur. Si en fuerit utilioribus occupationibus prepeditus, quis non tenetur ad talem audientiam. Si autem dimittat talia audire, quia de periculo fidei minime curat, vel quia facta fidei seu Ecclesie ad se minime spectare reputat, peccant mortaliter non
 30 audiendo, etc. Et est inter obedientes dampnabiliter intruso in sedem apostolicam computandus.

Ex hiis videtur sequi quod nec amor intrusi reputati vere et rite electi, nec quecumque dilectio ad ipsum, nec odium ad publicantes intrusionem et defectum vere electionis, nec aliquid aliud simile valet
 35 quoscumque accusare de huiusmodi non audientia, sed solum modo

1 crescamus] videatur textus *add. in marg. P1* 5 ex] hec valent ad principale *add. in marg. P1* 8 mutuo] *sup. lin. P1*; nota mutuo *add. in marg. P1* 10–11 debetis — principaliter] *in marg. inf. P1* 16 audire] *pervers. sed del. P1* 22 catholici] *catholice a. c. P1* 32 ex] *discipulus add. in marg. sed del. P1* 34 simile] *nota excusationes divulgantium, etc. non autem refutandum audire: ubi non est auditus, non effundat sermonem add. in marg. P1*

occupatio utilior aut alicuius periculi maiorum vitatio vel divulgationis seu publicationis ac declarationis intrusionis huiusmodi in utilitas aut aliud aliquid simile, si quod contingere potest.

Ad idem, quicumque non est ex se sufficiens ad agendum rice ea
 5 que sibi incumbunt aliorum qui ipsum informare cupiunt, debet audire consilia; sed cuilibet catholico incumbit esse sollicitum de Ecclesia catholica, ne per quemcumque eius unitas subvertatur; debetque, ut probatum est supra, quantum sibi licet pro gradu et officio, obviare
 10 volentibus subvertere Ecclesiam catholicam. Igitur, si non sic ad hoc agendum sufficienter informatus, tenentur audire eos etc.

Maiores patet ex pluribus *Scripture* auctoritatibus. *Ecclesiasti* 32: *vir consilii non disperdet intelligentiam; fili, sine consilio nichil facias*, sed supple ‘omnia fac cum consilio’, *et post factum non penitebis*. Et *Proverbiorum* 12: *via stulta recta in oculis eius; qui autem sapiens est audit consilia*. Et iterum, 13 capitulo: *inter superbos iurgia sunt; qui autem omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia*. et infra *Consilium semper a sapiente perquire*, ut habetur *Thobie* 4. Et supra, *Proverbiorum* 13: *prudens omnia agit cum consilio*.

Ex quibus omnibus patet quod in arduis consilium a sapientibus non
 20 solum est audiendum de necessitate salutis, quinymo perquirendum. Factum autem Ecclesie est non solum arduum, est ymo arduissimum et maxime, cum unitas Ecclesie confunditur figurate per inconsutilem tunicam Salvatoris, que nec fuit a perversis crucifixoribus partita, sed potius ad videndum cuius esset sors est missa. Utinam sors super presenti
 25 scismate, licite Spiritu Sancto intercedente, posset mitti, et caderet sors super unum pastorem Ecclesie, sicut in primitiva Ecclesia, *cecidit sors super Mathiam*, etc.

Et si instetur quod quamvis in arduis audienda fuit consilia peritorum, non tamen sunt requirenda, nisi abilis.

30 Sed contra premissam conclusionem astruunt aliqui, non solum cardinales et alios superiores prelatos in causis fidei et Ecclesie audiendos de necessitate salutis, quinymo pauperes et simplices et quilibet catholici sunt in huiusmodi arduis fidei et Ecclesie audiendi. Et oppositum dicere est absurdum, ut isti dicunt quod probant ex hoc quod defencio patrie
 35 spectat ad. Omnis defencio autem fidei et Ecclesie maius est. Item

5 aliorum] qui s. scr. sed del. P1 12 fili] filii a. c. P1 ; filium p. c. sup. lin. P1 13 et²] per concordias proceditur add. in marg. P1 15 inter] sapientes scr. sed del. P1 17 perquire] et Thobie Thobie 4 scr. sed del. P1
 22 confunditur] sup. lin. P1 30 sed] instancia quedam add. in marg. P1

defencio vite proprie spectat ad singulorum; defencio autem fidei et Ecclesie est utrique preferenda; igitur non soli superiores sunt audiendi, etc.

Astruunt quoque prefati assertores non semper superioribus esse
 5 obediendum in omnibus a subditis. Unde 11, questione 3 EUTICIUS
 Papa sic ait, capitulo “Si quis episcopus”: “Si quis episcopus aut abbas
 presbitero aut monacho suo iusserit missas pro hereticis cantare, non
 licet, nec expedit eis obedire.” Item, AUGUSTINUS, ut in capitulo sequenti
 10 habetur, sic ait: “Non enim semper malum est non obedire preceptis;
 cum enim Dominus iubet que Deo contraria sunt,” vel adversa *Sanctis
 Scripturis*, “tunc obediendum non est.”

|| Duodecimum folium.

P1 255r

~~Ceteris paribus cardinalibus, qui primo facto interfuerunt, qui
 factum et ius sciverunt et sciunt et absentibus, quorum nonnulli fuerunt
 15 periti in utroque iure, aliqui in iure canonico a quo dependet hoc
 materia, probique omnes, et forsan aliqui sancti, quorum aliqui erant
 in Avinionem. Quoad ius possetque fieri una alia ratio, quia quelibet
 tenentur veritate, peccatum mortale discredere vero, etc.~~

Item, IERONIMUS in *Epistola ad Ephesios*, sicut legitur in sequenti
 20 capitulo, ait: “Si dominus iubet que contraria vel adversa non sunt *Sacris
 Scripturis*, subiciatur domino servus. Si vero contraria” etc., “Et infra:
 Si bonum est quod precipit inperator, iubentis exsequere voluntatem;
 si malum responde: ‘Magis oportet obedire Deo quam hominibus’.” et
 cetera videantur ibidem.

Item, GREGORIUS, 2, questione 7, capitulo “Admonendi” ubi dicitur
 25 sic: “Admonendi sunt subditi ne plusquam expediat sint subiecti, necum
 studuerint plus quam necesse est hominibus subici, compellantur vicia
 eorum venerari.” Ista instantia quoad primam partem, qua astruitur
 30 quod in causa fidei catholice et Ecclesie Christiane non solum sunt
 audiendi superiores et prelati, ymo simplices, inferiores et subditi,
 probatur quia causa fidei defendende est preferenda defectioni patre et
 vite proprie. Potest dici quod ex hoc confirmatur propositum, quia, si in
 huiusmodi causa sint simplices et subditi, a multo fortiori principaliter
 superiores et prelati, quibus dicitur in *Actibus: attendite vobis, et*

5 unde] vera add. in marg. P1 12 duodecimum folium] in marg. sup. P1
 13–18 ceteris — etc.] del. cum vacat P1 13 ceteris] nota pro huiusmodi
 materia illa verba “ex factis ius oritur”; ex quo videtur sequi add. in marg. sup. P1
 17 avinionem] ill. scr. sed eras. P1 ; etc. scr. sed del. P1 32 quod] est scr.
 sed del. P1 34 actibus] accipimus a. c. P1 ; a scr. sup. lin. sed del. P1

universo gregi, in quo vos posuit Deus vel Spiritus Sanctus episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Et in speciali electionem, scilicet cardinales, ut tangetur in fine huius processus, videatur in quadam lectione, paris.

5 Aliud vero, quod isti astruunt quod non semper superioribus est obediendum, non est ad propositum huius processus, quia ex huius rationibus factis aut fiendis pro nunc non intenditur quod ratione superioris sint audiendi, sed ratione caritatis et informationis et sciende veritatis, quam scire expedit fidelibus, ymo est eis si possint de
10 necessitate salutis.

Item, principantes periti pericula imminere, licet pericula non videantur, sunt audiendi ne nolentibus audire contingat similiter, sicut continget illis de quibus dicitur *I Thessalonicenses 5: cum enim dixerint 'et securitas', tunc repentinus eis superveniet interitus, sic dolor, et non effugient.*
15

Et iterum, ne eis contingat dicere de hiis qui voluerunt denunciare periculum et quos audire noluerunt illud quod habetur *Sapientie 5: hii sunt quos aliquando habuimus in derisum, usque ibi: viam autem Domini ignoravimus.* Videatur textus, etc.

20 Et iterum, ne in ipsis vel de ipsis nolentibus audire reprobantes intrusum, nec acquiescere consiliis sanis, sed sequi sua propria corrupta iudicia causata in eis ex variis corruptis affectionibus, vel enim volentibus, possit verificari finaliter verba scripta pro illo ab illa particula: *Sapientia foris predicat; in plateis dat vocem suam; in capite turbarum clamat; in foribus portarum urbis profert verba sua*, id est, parata est predicare,
25 vocem dare, clamitare, verba proferre etc. Et infra *vocavi et renuisti* etc. usque ibi: *comedent igitur fructus vie sue universe suisque consiliis saturabuntur.*

Unde de nolentibus audire pericula dicit Domunis ad Ezechielem,
30 *Ezechielis 33: filii hominis, loquere ad filios populi mei* etc. usque: *audiens autem quisquis ille est sonum buccine, et non se observaverit, veneritque gladius, et tulerit eum; sanguis ipsius super caput eius erit. Si autem se custodierit, animam suam salvabit.* Audire vocem buccine est audire confuse vel in confuso audit sicut in confuso a quolibet
35 audiri potest intrusio facta Rome quam qui distincte probari pro factum et declarari audire nolunt inobediente iniuste se proprio consilio submittens, non obediendo vero Romano ac supremo Pontifici eterne nitoris periculo, se exponit, prout in auctoritatibus fatis tactum est de

1 gregi] gregis a. c. P1 11 periti] sup. lin. P1 16 dicere] volentis scr.
sed del. P1 21 sua] iter. P1

nolentibus audire pericula, etc.

Potest formari alia ratio iuxta illa verba *Ecclesiastici* 32: *ubi non est auditus, ibi non effundas sermonem*. Ad istum nullum sumpta, ubi non sunt auditores qui teneantur audire, ‘*non effundas sermonem*’, et
 5 per consequens, ubi sunt qui tenentur effundere sermonem, ibi sunt qui tenentur audire de necessitate salutis. Sed in isto casu, ut qui tenentur effundere, si, detur audientia, supple igitur etc.

Item, sicut quilibet tenetur peccata vitare, ita tenentur se de aliis corrigentem audire, et per consequens, prenunciantem pericula sue
 10 salutis, et propositum, etc.

Redeundum est nunc ad 11^m capitulum, 12^m et tandem 13^m.

|| Quantum et quantis peccent ignorantes ignorantia dampnabili
 aliquem esse intrusum in apostolicam sanctam sedem nolentis informari
 de tali intrusione. Et clarum est dampnabiliter, quia ignorantia
 15 dampnabili, ut ponitur in quesito. Ista enim est ignorantia assectata eo quod consequat informari. Utrum autem multi credentia cadat heresis vel non, alibi tangitur. Agatur pro infra argumentis de peccato suspicionis, denunciationis, diffamationis etc.

P1 255v

Ex supratactis satis patet quod electiones Romani ac supremi
 20 Pontificis vitalis fidelium omnium sunt in casu presenti, a cunctis audiendi super factis per eos Rome et fiendis de necessitate salutis.

Nunc restat inquirere an super testificatis per eos sic eis credendum a cunctis fidelibus de necessitate salutis. Et videtur quod sic, quia sicut
 25 cuilibet expeto in sua scientia credendum est, ita cuilibet de suo facto credendum est. Sic est in proposito de cardinalibus in factis, primo et secundo.

Item, ad hoc potest adduci rationes OKAM, videlicet ad probandum quod multitudo fidelium teneatur plus credere cardinalibus quam intruso
 se asserenti vere et rite electum.

30 Arguendo sic: in humanis actibus, omne id quod habet maiorem probabilitatem, magis est credendum, sed maiorem probabilitatem habet quod dictum plurium sit verum quam dictum unius, cum vox unius, vox nullius, sit censenda. Si autem contingat aliquando magis esse credendum

6 ut] *sup. lin. P1* 8 item] *quilibet scr. sed del. P1* 11 redeundum —
 13m] *in marg. inf. P1* ad] *2m scr. sed del. P1* 12 quantum] *tacto de*
audientia, defencione, custodiam, sequitur de credentia etc. credentia, credentia,
credentia add. in marg. sup. in ras. P1 14 dampnabiliter] *c. add. in ras. P1*
 16 consequat] *in ras. P1 ; dub. P1* 17 argumentis] *dub. P1* 19 satis patet
 quod] *in ras. P1* 32 quam] *iter. P1* 33 si] *confirmatio add. in marg. P1*
 esse] *sup. lin. P1*

uni quam pluribus, hoc est vel quia habet meliorem rationem pro se, vel quia melioris est vite, vel conscientie, vel scientie maioris, vel quia magis instructus de causa, vel propter aliam similem rationem. Igitur, si intrusus papa vocatus et reputatus in nullo precedat multos referentes, nisi sola dignitate non est sibi plus credendum quam multis referentibus, oppositum dicti sui vel dictorum suorum, aliter enim unquam aliquis posset convinci de intrusione aut alia pravitate.

Item, non minus est credendum aliquibus extra iudicium quam in iudicio, sed multis in iudicio assentientibus papam esse intrusum, vel vocatum papam, aut reputatum, aut se gerentem pro papa est credendum. Aliter enim numquam posset convinci de intrusione aut alia pravitate.

Nec obstat quod testes in iudicio sunt iurati, quia ita bene aliqui referentes extra iudicium possunt prestare iuramentum de dicenda veritate, sicut in iudicio, et de hoc possunt requiri.

Nec obstat quod contra presulem non sufficiunt testes in quovis numero plures, puta duo vel tres, quinyimo “presul dampnari non debet, nisi cum 72 testibus”. Sic enim statuit in generali synodo SYLVESTER Papa, sicut scribitur 2, questione 4, capitulo “Presul”.

Item, LEO IV ibidem, capitulo sequenti, dicit: “Nullam dampnationem episcoporum unquam esse censemus, nisi per legitimum numerum episcoporum (qui fit per duodecim), aut certe probata sententia per 72 idoneos testes.”

Hoc inquam non obstat, nam *Gloza* super predictum capitulum “Presul” dicit: “Presul, id est cardinalis episcopus. Sed numquid contra papa duplicantur testes. Non ymo duo sufficiunt, et in hoc ipse est deterioris conditionis, quia ipse sine comparatione aliorum potior creatus est, et ideo sine spe venie condemnandus est.” Et si hoc sit verum, de vero papa etc.

Item, ad omnia illa que sunt innocentie, quilibet obligantur, sed credere viris bone fame et opinionis quando asserunt et affirmant aliqua, spectat ad innocentiam, teste AMBROSIVM qui, ut habetur 22, questione 4, capitulo “Innocens”, sic ait: “Innocens credit omni verbo. Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem esse, ignorare quod noceat.”

Et sic omnibus fidem adhibet, qui fidem in omnibus esse arbitatur

3 igitur] Tolletanus Archiepiscopus *add. in marg. P1* 20 item] Coluens Florintinus *add. in marg. P1* 20–21 dampnationem] unquam *scr. sed del. P1*
 22 episcoporum] que *scr. sed del. P1* 32 ut] caritas omnia credit *add. in marg. P1*

supradicta dicuntur ad laudem Iosue, qui credidit faciliter Gabaonitis.

Ad idem omne illud est agendum sine quo societas humana ac mutua conversatio hominum rite non potest conservari, sed talis credulitas mutua est huiusmodi, igitur ab eam quisque tenetur et non solum in
 5 uno dicto, ymo in omnibus, quia, si in aliquo aliquibus creditur, hoc non est nisi quia presumuntur veritates esse; qui autem presumitur verax in omnibus, presumitur verax, quia, si in uno est mendax, non est presumendus verax.

|| Decimum tertium folium.

P1 256r

10 Ad idem probatur quod tota fidelium multitudo et quelibet eius pars ac singularis persona declarationi cardinalium ac testificationi eorumdem credere teneatur de necessitate salutis. Nam tota multitudo et quelibet eius pars ac singularis persona fidelis quodlibet mortale peccatum vitare tenetur de necessitate sue salutis, cum per quodlibet mortale peccatum
 15 perditur caritas, quae est de necessitate salutis.

Sed non credere seu discredere cardinalibus in premissa declaratione et notificatione non videtur posse contingere absque mortali peccato. Hoc videtur posse probari multipliciter.

20 Primo, quia hoc non videtur posse contingere sine prave opinionis seu suspicionis vel presumptionis de proximo vel proximis suis, cum tamen de nullo sit presumendum malum, quinimo de quolibet presumendum sit bonum, nisi contrarium appereat manifeste, ut dicit regula iuris.

25 Quod autem talis discredentia non possit contingere sine mala presumptione, patet quia non potest contingere, ut videtur, sine opinione quod cardinales non sint veraces, sed fallaces. Detur enim quod credantur veritatem qui sic opinatur de ipsis et discredit eis, agit contra conscientiam, et per consequens, edificat ad Gehennam.

30 Quod autem opinari crimen de aliquo, nisi constiterit esse probatum iudiciario ordine, sit pectum. Patet probari per iura. Nam legitur 30, questione 5, capitulo “Incerta” Papa VICTOR sic dicens: “Incerta, carissimi, nullatenus iudicemus, quousque adveniat Dominus, quousque adveniat qui latentia producet in lucem, et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.” Hic tangitur ius divinum dictum, scilicet apostolicum dictum, Pauli Apostoli, qui alibi dicit

9 decimum tertium folium] *in marg. sup. P1* 10 ad idem] cuncta fidelium multitudo divisa est multipliciter, igitur nihilominus* suo nomine rite scribit *add. in marg. sup. P1* 11 declarationi] declamationi *a. c. P1* 18 videtur] *sup. lin. P1* 19 seu] sumptionis *scr. sed del. P1* 25 cardinales] *sup. lin. P1*
 26 qui] *sup. lin. P1*

de se et aliis sic: *nos existimet homo ut ministros Christi et fidelem dispensatore ministeriorum Dei*. Et sequitur in Decreto supra inducto: “Quamvis enim vera sint, non tamen credenda nisi que manifestis indiciis conprobantur, nisi que manifesto iudicio convincuntur, nisi que iudiciario
 5 ordine publicantur.” *Ecclesiastico 19: qui cito credis levis est corde*. Et per consequens, peccat specialiter in malis et criminibus creditis et suspectatis. Nam et in bonis credendis seu opinandis de alio tarditas quandoque laudatur, sicut de regina Sabba, que audita fama Salomonis bona non statim credidit, sed, postquam vidit, dixit: *verus est sermo*,
 10 etc.

Item, supradictis causa et questione, capitulo “Nullum” NICOLAUS Papa: “Nullum verum ante veram iustamque probationem iudicare debemus aut dampnare, teste Apostolo principe, qui ait: Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Suo domino stat aut cadit? Mala itaque audita
 15 nullum moveant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam umquam credat; sed ante audita diligenter inquirat, nec precipitando quidquam aliquis agat.” Tolerabilius est nocentem dimittere in punitum quam innocentem punire.

Hec et hiis similia contra iudicantes male de proximis suis dicta
 20 tam in iuribus humanis quam iure divino, si vera sunt generaliter de omnibus, specialiter tamen contra male iudicantes de superioribus et in dignitatibus constitutis, sicut notat Paulus dicens: *sic nos existimet homo ut ministros Christi* etc. *et fideles dispensatores ministeriorum; sed iam hic queritur*, etc. Videatur et applicetur I Corinthiorum 4.

De hiis Matthei 7: *Nolite iudicare, et non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini. Quid autem videt festucam in oculo fratris tui*, etc. Luce 6: *nolite iudicare*, etc. *nolite condemnare*, etc. I Corinthiorum 4 sic habetur: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et fideles dispensatores ministeriorum Dei. Hic iam queritur
 25 inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Michi autem pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque meipsum iudico. Nichil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum; qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite iudicare, quousque adveniat Dominus; qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia
 30 cordium; et tunc laus erit unicuique a Deo. Applicentur ista ut occurret*

7 suspectatis] suspicatis P1 nam] responsio add. in marg. P1 13 apostolo principe] nota Paulum principem add. in marg. P1 15 absque] probatione scr. sed eras. P1 17–18 tolerabilius — punire] sub l. P1 ; parte lauda, partius vitupera add. in marg. P1 24 4] nota et in secunda multa add. in marg. P1

melius.

Item, inquirantur illa verba ‘*tu quis es, qui iudicas servum? Domino stat, aut cadit?*’, Romanos 14 a.

Peccatum — male — suspicionis — seu — presumptionis, — detractionis,
5 diffamationis, — animum — inpositionis, — criminum — impositis. — Vide — de
criminum — impositionibus.

Criminositas, infamia etc. sunt cause non credibilitatis personarum.

10 || Qualiter — non — est — talibus — credendum — contra — cantorem — quod
verissimus est tardum timuisse finxisseque et fecte fecisse in Roma
quam iniquissima et mandatissime in Anania, ubi libere et deliberate
egerunt et consequenter fundis, etc. Contra Anglicis de libertate ad duas
personas posset argui ex libertate concessa ad duos dies circa eandem
personam.

P1 256v

OKAM arguit quod, si aliter est credendum in uno, eidem
15 credendum in omnibus, quia ei non creditur in uno nisi quia reputatur
verax. Qui autem est verax in uno, est verax in omnibus reputandus
vel presumandus. Verte ante folium.

20 Ulterius ista discredentia cardinalibus videtur habere annexum
peccatum detractionis et diffamationis, quod videtur vitandum de
necessitate salutis. Prima pars patet, quia ad huius discredentia, si iusta
dicatur, sequitur cardinales non esse personas credibiles seu quibus
sic credendum, ac non esse fide dignos, sed tamquam criminosos a
testimonio repellendos et infames etc. multa.

25 Unde quidam magister partis Gallice ritimice in quodam tractatulo
etc.

B. “Les cardinalx furent bien pour Urbayn creables

Car cudoyt honi quil fussent en verite estables

Mays pour Clyment se sont mostre si variables

Que plusieurs gens reputent leurs paroles por fables.”

30 Qui semel est malis specialiter esse fore fuisse etc. Qui non veretur
maius crimine comittere non veretur et minus.

3 stat] stas P1 4-6 peccatum — impositionibus] in marg. inf. P1
7 criminositas — personarum] in marg. inf. P1 criminositas] Sermo sancti
Augustini Spectaculum add. in marg. P1 8 qualiter] nota de inpositionibus
criminum, de criminibus, criminosis, veracibus et non veracibus add. in marg. sup.
P1 9 et fecte] sic pro ratione bonas add. in marg. P1 14 in uno] sup. lin.
P1 20 necessitate] assup. scr. sed del. P1 discredentia] se scr. sed del. P1
24 quodam] tractulo scr. sed del. P1 26 creables] quan. scr. sed del. P1
27 honi] que scr. sed del. P1 estables] mzy scr. sed del. P1 28 mostre]
sup. lin. P1 30-31 qui semel — minus] in marg. P1

Quod B fuerit libere de consensu cardinalium electus, unde sciri potest aut potuit, ubi per causa. Quod autem per metum elegerint A vel B, alias non facturi, unde sciri potest nisi per eosdem primum istorum duorum nunquam eis stantibus in libertate pronunciatum extitit, etc. Secundum vero statim, quod fuerunt in libertate positi extra inpressionem, assertum fuit ac constanter asseritur et perseveranter, cum iuramentis et omnibus signis possibilibus adhiberi attestationi veritatis humanitus. Cur ergo primum magis sic credibile, non aparet, quinymo, si in secundo non sint credibiles, nec in primo etc. Cessante causa cessat effectus. Fide dignitas credulitas, cum apparet primum deficere, debet secunda secundum deficere. Ex dictis adversariorum conclavi* potest quid deberent dissedere a prima credentia, etc.

Non enim qui operantur in viis tuis ambulaverunt.

Item, adduci possent alia eius dicta, sicut de falsa Synodo, etc.

Item, conclusionem in primo Romantio, in 8^a parte, cum post Ecclesiam Grecos fundas, persuadet Roma sub hiis loquens Ecclesie:

C. “Donc, dame, joignes vos a la partie Urbayne,
Laissez les cardinals, quar ils en fayt faveurs sene
Contre Urbayn, et laysse Clement, quar il est troupe jeune
En meurs pour gouverner le esglize Christiane.”

A. “Et si les cardinalx, si veulent contredire,
Dysans que per paour de mort leur fist tel chosre escrire,
Je dy que pechie seroyt si grant que pour martire
Ne devroyt constant home tele chose dire.”

“Urbain a este et est home de bone vie,
A volu corriger lorgueil la symonie
Daucun-dez cardinalx, mays ne voulirent mie,
Pource ont conspire contra Urbain vilenie.”

“De la premiere part son Hernuis et Gregeoyx,
Et de la part secunde, partie de Franchoyx,
Les tiers sont Alemans, Lumbars, Ungres, Engloys,
Nornans, si il osassent, mas ilz nont poyt le chos.”

2 causa] *dub. P1* 10-12 effectus — etc.] *in marg. P1* 14 dicta] *d. scr. sed del. P1* 18 sene] *id est Synodum, conclusio add. in marg. P1* 20 en] *mours scr. sed del. P1* 21 a] *hec secuntur post scriptura de litteris missis ad Avinionem ad cardinales absentes per cardinales qui prima electionem fecerant talem qualem add. in marg. P1* 29-32 de la premiere — le chos] *Infra quater loco respondendo in quo ecclesia add. in marg. P1*